

II. ERICA SECUNDA.

III. ERICA BACCIFERA.



Erica fa- perstrinxit Galenus lib. 6. simplicium medicamentorum, sic inquit: Erica digerendi per balitum facultatem obtinet.
cultates Flore ejus potissimum, ac foliis utendum: hac Galen. Ceterum aqua, in qua vulgaris Erica, folia ejus & flores, decocta sit,
ex Gal: sumpta tepida tam mane quam vespere triginta dies, quinq. unciarum pondere tribus horis ante cibum, valet ad vesica
Contra: calculos comminuendos & expellendos. Verum felicius succedit, si post id tempus male affecti in balneum decoctionis ejus-
calculi, dem planta ingredi, atq. inibi dum morantur, super Ericam decoctam sedere debent: idq. pluries repetendum est. Equi-
dem novi aliquos, qui servata recta victus ratione, hoc tantum potu vesica calculum in minimas partes comminutum eje-
cerunt. Florum decoctum potum lumborum & ventris doloribus succurrit: foliorum succus oculorum imbecillitatem sa-
Nomina, nat, si guttatim instilletur. Planta hac, qua Gracis *ἑρίκη*, Latinis item Erica nominatur, pariter & Italis: *Hyden* / 40
Germanis: *Queiro*, Hispanis: *Bruyere* Gallis.

Ericae, quae Tetralix Atheniensibus, Plinio auctore, Sifara Varroni, duo summa sunt genera: altera Myricae similis, sed minor: altera Coridis folio, ut ex Dioscoride colligitur: Siquidem capite de Cori, corin Erica dixerit folio. Hujus multae sunt species magnitudine foliorum, & florum forma coloreq. inter se differentes, cujus nomine Clusius historia Hispanica novem species: Pannonica vero historia alias etiam proposuit, qua de re suo loco. I. Quam Ericam folio Tamarisci vocamus, Erica est Dioscoridis, Erice Fuch. Erica, Dodo. gal. Cord. in Diosc. Lonic. Cast. Tab. Erica vulgaris, Thal. Erica folio myricae, Lob. Clus. Hisp. Erica prior, Dodo. Erica prima, Matth. Lugd. Erica vulgaris purpurea, Trago. Variat floris colore purpureo & candido: haec etiam foliis tomentosis & incanis, flore dilutiore, monente Clusio, in Anglia reperitur. II. Erica secunda, altera Clus. hisp. Erica Juniperifolia dense fruticans Narbonensis, Lob. Erica altera, Matth. Lugd. Cast. Taber. III. Erica baccifera Matthioli, Clus. Hisp. Lugd. Thal. Erica prima vel Erica baccifera, Clus. Panno.

A' *acacalis*.

ACACALIS.

CAP. CI.

a Meum
exempl.
in quo
ti. ta
exempl.
id est,
quadan-
tenus si-
milis est
myricae
fructui.
Et acule-
os, non
legit O-
rib.

Acacalis fructus est nascentis in Aegypto fruticis a seminis myricae quadantenus similis. Cujus aqua, in qua maduerit, ad collyria additur, quae ad excitandam oculorum aciem conveniunt.

Acacalim Aegyptia arbuscula semen ad nos hac aetate convehi non equidem arbitror, quippe quod inter semina, qua peregrina nobis importantur, nullum adhuc repperim, quod Acacalim legitime referat.

RHAMNUS.

CAP. CII.

Rhamnus fruticat in sepibus, ramos ferens rectos, [& aculeos] in acutae spinæ modum: foliis parvis oblongis, subpinguibus: teneris. Alterum ei genus candidius. Tertium nigrioribus, latioribusq. foliis constat & quadantenus rubentibus: cujus rami quinum ferè cubitorum longitudinem implent, spinosiores quidem, sed infirmioribus, minusq. rigentibus aculeis. Fructum edit latum, candidum, tenuem, folliculari specie, verticillo similem. Omnium folia igni sacro, & serpentibus ulceribus efficaciter illinuntur. Fama est ramos hujus valvis, fenestrisve impositos, veneficia depellere.

I. RHAM-

I. RHAMNUS PRIMUS.

II. RHAMNUS SECUNDUS.



III. RHAMNUS GERMANICUS.



Rhamni tria genera facit Dioscorides, ac etiam eum secutus Oribasius. Primum, & tertium ubiq; in Hetruria fructuant. Illud privatim in sepibus & frutetis nascitur, quo no- strates mulieres utuntur ad insolandas fici: siquidem eas adhuc recentes longis huiusce fruticis aculeis perforant, & ad solem appendunt. Fert aculeos in acuta spina modum: folia oblonga, mollia, subpinguia, tenuia: corticem habet album, levemq; baccas rubentes, pisi magnitudine, cortice albo & tenui. Secundus primo candidior est: foliis salicis, aversa parte candidis, virgis aculeatis albicantibus, & rubentibus inter folia baccis. Tertium quod nigrum est (ut etiam Dioscorides inquit) quoniam ferme cubitorum altitudine attollitur, ceteris spinosius, infirmioribus aculeis, aliis longis & rectis, aliis ut Rubi incurvis, levi cortice obductis, fulvo colore: foliis latioribus, solidioribus, nervosioribusq;: nigrioribus, quadantenus ad ruborem vergentibus, floribus muscosis, subcroceis, fructu tenui, lato candido folliculari specie, rotundo, verticillo non absimili: in cuius medio nucleus est durus ac rotundus, ceteris fere magnitudine, in quo semen concluditur, lentis instar compressum, rubro cortice & alba intus medulla. Nascitur in maritimis, in campestribus, & locis incultis. Secundum vero genus, quod ceteris candidius est, ad nos misit clariss. medicus Lucas Gbinnus, cuius etiam hic effigiem damus. Verum non desunt recentiores quidam rei plantariae studiosi, qui censent tertium Rhamni genus, Dioscoridi esse adulterinum, quod (ut ipsi ajunt) in fructus descriptione non desit contradictio. Namq; ipsi ita legunt: *καρπὸς δὲ ὡς τῶν λινῶν, ἀντὶ τοῦ τοῦ ὀστέου ὅτι, ὅταν ἐσθῇ, ὡς ὁ ἀσπὸς ἰσθῇ.* Id est: Fructum edit latum, candidum, tenuem veluti folliculum Asphodelo similem: quae compa-

Rham-
norum
confide-
ratio &
historia.

Dioscori-
dis locus
restitu-
tus.

ratio adeo absurda videtur (ut illi contendunt) ut nihil prorsus Dioscoridis lectionem respiciat, quippe quod Asphodeli fructus, nullam penitus habeat folliculi speciem, nec latus aliqua ex parte videatur, nec tenuis, nec candidus, sed viridis, & globuli instar rotundus. Quae fortasse argumenta possent facile nonnullos in eorum trahere sententiam, quam nos minime probamus. Siquidem Oribasius qui plantarum historias perquam fideliter ex Dioscoride transcribit, non legit *ὡς ὁ ἀσπὸς*, sed *ὡς ὁ ὀστέου*, ut etiam legit antiquus Dioscoridis codex, cujusmodi exemplar habuisse Ruellium haud ambigo, quippe qui verterit: Fructum edit latum, candidum, tenuem, folliculari specie, verticillo similem, quo scilicet utuntur in fufis mulieres. Quae quidem nota in 3. Rhamni fructu manifeste deprehenduntur. Fideliores codices habuere quoq; Marcel.

Virg. &

IV. RHAMNUS TERTIUS.

V. SPINA INFECTORIA.



Opinio
quorun-
dam im-
probata
circa Pa-
liurum.

Ruellii
error qui
Spinam
infector-
iam Rha-
mnum
cenfuit.

Spinæ in-
fectoriæ
succus &
ejus vi-
res.

Monachorum
error.
Rhamni
vires ex
Gal.
Nominæ.

Virg. & Cornarius: quippe qui unâ cum Ruellio verterunt verticillo similem: atq. eorum impugnaverunt opinionem, qui depravata lectione decepti, antea longè à scopo aberraverant. Notæ enim, quibus Rhamni fructum describit Dioscorides, ad fusorum verticillos manifestè pertinent, quorum figura, auctore Theophrasto, natura pluribus plantis semina dedit. Hos itaq., qui tertium Rhamnum Dioscoridi adimunt, nullam aliam ob causam id moliri crediderim, quam ut hoc Rhamni tertium genus, Dioscoridi legitimum Paliurum consingerent. Sed hallucinari eos, vel potius eorum fallaciam à nobis deprehensam, u facile conjiçiet, qui apud Theophrastum lib. 3. c. 17. de hist. plantar. legerit paliurum ἐν λοβῷ proferre semen, id est in siliqua praelonga fabæ instar, non autem in fructu rotundo, ac verticillato, qui non vere folliculus sit, sed follicularem quandam referat speciem, & ut propriè Dioscorides inquit βολανώδης. Græcis enim scriptoribus λοβός longam, vel oblongā siliquam in plantis designat, Suida & Phavorino testibus, ut fabæ folliculi sunt, & Terebinthi cornicula, non autem rotundum fructum verticilli faciem referentem. Quod verò Paliuri fructus sive folliculus oblongus sit, id quidem manifestò testatur idem Theophrastus lib. 3. cap. 2. de plant. hist. de Acere scribens. Ibi enim Acere fructum ferre ait oblongum, Paliuro similem. Obstat præterea ne tertium hoc Rhamni genus Paliurum esse possit, ipsum quoq. semen, quod non ἐν λοβῷ, sed in duro, ac rotundo concluditur osiculo, in ipsius verticilli centro latente, fungosa quadam pulpa exterius obducto, triplici intus cavitate diviso, ubi semen ipsum se continet, ac latitat lentis instar compressum, rufa ac lavi cuticula contextum, alba dulciq. intus medulla, non autem fuliginosum, & pingue, ut de Paliuri semine scribit Dioscorides. Quæ omnia maximo sunt argumento, falli proculdubio, qui putant hoc tertium Rhamni genus Dioscoridi adulterinum esse, & plantam, quam nos tertium Rhamnum esse non dubitamus, Paliurum esse contendunt. Ceterum Ruellium deceptum esse crediderim, quippe qui Rhamni genus eam esse stirpem arbitretur, quam nos vulgari sermone SPINO merlo, Longobardi Veneti, Spina cervino, Forojulienfes verò Spina guercia appellant. Hæc enim arbuscula est non magna, foliis latis, pyri quadantenus modo brevioribus & angustioribus. Ramos fundit numerosos, quorum fastigium in aculeum definit: fructu copioso ligustri effigie baccarum instar, quæ primò virides, & per maturitatem nigra spectantur, cujus succo utuntur pictores, ubi colore viridi insicere sit opus. Ligni materies albicat exterius, medullitus verò rufescit, provenit in sepibus & senticosis. Exoluit alvum baccarum succus, aperit & expellit. & caloris & siccitatis haud est expers. Quamobrè hæc plantam nobis SPINAM INFECTORIAM appellare libuit. Fit è baccarum huiusce arboris succo liquor alvum exolvens, qui diu asservari potest, hoc modo: Sumito succi baccarum probè maturarum (id namq. fit circa calendas Octobris) libras duas (at qui anteaquam succum praelo extrahas, baccas semicontusas quaternis diebus in fictili vitreato macerari per sese in calido loco permittito) quibus addito sacchari optimi sesquilibram, vel mellis electi probè despumati tantundem: deinde lento igne decoquito ad Fulapii vel syrupi spissitudinem: demum linteolo rariore colato, additoq. pulveris Cinnamomi selectissimi, Gingiberis, cuiusq. drach. quatuor, Caryophyllorum drach. duas, & mundo vase asservato. Datur potandum uncia quantitate, & usq. ad drach. decem. Educit enim facillè pituitam, & crassos, ac lentos humores: ideoq. podagricis, Ischiadicis, paralyticisq. bellè confert. Aberrasse præterea Ruellius deprehenditur, quod Theophrasti testimonio ea de Rhamni fructu tradiderit, quæ statim Theophrast. absolutè rhamni hist. de paliuro disseruit. Sed in errore longè majore versantur Monachi, qui in Mesuë commentarios edidere, cum Rhamnum existimaverint rubum quendam, qui humi repens, incultusq. proveniens, mora caruleo potius, quàm nigro colore profert. Rhamni meminit Galenus lib. 8. simpl. medic. sic inquit. Rhamnus desiccata, & digerit excessu secundo, refrigerat in primo completo, aut secundo incipiente: proinde herpetes sanat, & erysipelata non magnopere calida. Ceterum adhuc teneris utendum est foliis. Huic planta nomen Græcum ῥάμνος. Latinum, Rhamnus: Mauritanum, Nausig, sive Nausegi: Italicum, Rhamno, & Marruca: Hispanicum, Scambrones. Gallis, Burguespin, sive Neprun. Rhamnus secundus, Italis, Marruca bianca. Rhamnus tertius Italis, Marruca nera. Spina autem Infectoria, Italis dicitur. Spino merlo, spino cervino [sive spino guercia]: Germanis Ereunbeer: Weggorn: Bohemis Bodlak.

Rhamni

Rhamni tria genera proposuit Dioscorides: at Theophrastus duo, album & nigrum, quem sequutus est Plinius, Ruborum generi adscribens. Et sanè Rhamnum primum Dioscoridis, Rhamnum nigrum Theophrasti, & apud Plinium Rhamni alterum genus sylvestre nigrius, censemus. At secundum Dioscoridis, candidum Theophrasto, & candidiorem Plinio: Tum Rhamnum tertium Dioscoridis, Paliurum Theophrasti, cuius semine in filiquis contineri 3. historiae scribit, credimus. Recentiores plures agnoscunt differentias, sed in praesens de commentatoris Rhamnis. I. Rhamnus primus, Matth. Lac. Lonic. Lugd. Cast. II. Rhamnus secundus Matth. Lac. Lon. Lugd. Hic multum cum Rhamno Germanico similitudinis habet (si non idem) cuius nomine iconem adiecimus. III. Rhamnus Germanicus, arbuscula est quatuor, quinque aut sex cubitorum, nonnunquam procerior, quae ex multifida lateque diffusa radice, caudicem emittit intortum, rugoso spadiceoque cortice vestitum, qui in plurimos ramos brachiat: hi quoque undique aculeis longis, fescuncialibus, cinericeis armantur: ramos cingunt inordinate folia oblonga, angusta salignis aemula, candida, inferne tenuissima lanugine pubescentia, supernè ex viridi cinerea, saporis modice adstringentis. Flores herbacei ramulis compacti adhaerent, quibus succedunt baccae rotundae Asparagi baccis similes, racematim quasi cohaerentes, tenui & rufescente, vel ex luteo rutilante cute tectae, quibus praeter pulpam mollem, luteam singulis semen unicum ex rotunditate oblongatum, splendens, tunica foris fusca, intus candida involutum, includitur. In nostris aquosis ad Rhenum infra Hunningen, ludit, quae enim foliis latioribus & longioribus, baccae est singulis vel binis stipiti annexis: quae vero foliis est angustioribus & brevioribus, baccae est multis veluti conglobatis, quae & hyeme fructu adherent. Provenit etiam ad Lycum Vindeliciae amnem & ad Danubium: sic & in Hollandiae potissimum Flandriae maritimis littoribus. Ex baccae paratur Rob quod acidum est, incidens & attenuans, & in Dysenteria commendatur: cum acinis vis quaedam purgatrix à Belgis tribuatur, idcirco Schytbesien, id est Acini purgatrices ipsis dicuntur. Cordo in Diosc. & hist. Oleaster Germanicus, Dodonæo gal. & fol. Lugd. Rhamnus secundus: Camerario in Matthiolum Rhamni species nominatur. IV. Rhamnus tertius Dioscoridis. C.B. Rhamnus tertius, Dod. Gal. Lac. Lon. Cast. Gef. hor. Rhamnus niger, Cord. in Diosc. Paliurus, Dod. Lob. Lugd. Casto. Cam. Jujuba sylvestris, Cæsalp. V. Rhamnus solutivus Dod. Gal. & fol. Thal. Cam. (licet pruno sylvestri sit similior, quam Rhamno, à quo facultatibus discrepat) Rhamnus Catharticus, Lugd. Rhamni alia species, Trag. Cervi spina, Cor. hist. Spina Cervina Marcello, Hermolao, Gef. hor. Spina insectoria, Lob. Clus. Pan. Cast. Spina alba, Lon. Spina Cervalis, Cæsalpino. Hujus duas adhuc pumilas Clusius hist. pan. species proposuit.

A. L. S.

HALIMVS.

CAP. CIII.

Halimus frutex est sepimentis idoneus, similis rhamno, sine spinis, foliis oleae, sed latioribus, nascitur in sepibus. † & maritimis. Folia decoquuntur ciborum gratia. Radix convulsa, rupta, tormina quoque mitigat, drachmae pondere in aqua mulsa pota: eadem lactis ubertatem facit.

† *ngi neri-
mole ad-
dit Orib.
i. emi-
nentibus.*

I. HALIMUS VULGARIS.

II. HALIMUS LATIFOLIUS, erectus.



Et profecto & Halimus planta, cujus varia sunt inter auctores sententiae. Alii enim (ut Plinius auctor est lib. 8. cap. Halimi xxii.) halimum fruticem esse dicunt, Dioscoridem secuti. Alii maritimum olus, salso sapore. Tertium quoque genus addidit Cratevas sub hedera tantum nasci, longioribus foliis hirsutioribusque, odore cupressi. Quae autem à Dioscoride hoc loco descri-

N

descri-

Molo-
chia Mau-
ritanis
quid.

Halimi
vulgaris
descri-
ptio.

Halimi
vires ex
Gal.

Nomina.

describitur, et si alicubi fortassis proveniat in Italia, tamen qui illam mihi ostenderet, adhuc reperi neminem. Verum si Ru-
ellio credimus, frequens in Gallia nascitur in sepibus. Solinus plurimam in Creta nasci tradit, mirabili, si credamus, effectu,
quod ea tantum ad morsam fames arceatur: unde si nomen adinvenisset, ea proculdubio sine aspiratione scribenda esset. Hali-
mus Mauritanis molochia, & atriplex marinus appellatur. Cujus historiam referens Serapio narrat, quod eam venalem
circumferentes in manuales fasciculos componunt, & per Babyloniam clamitant, molochia, molochia. Quod manifeste
indicat, Halimum apud Mauritanos herbam potius esse quam fruticem vel arborem, eamque, fortasse quam Plinius mariti-
mam ac salsam prodidit. Quo fit, ut salsam quandam herbam (incola Bidone vulgo appellant) quae frequentissima in lit-
toribus Venetis provenit, hanc esse putaverim: quamvis non desint rationes, quae rem dubiam reddant: quippe quod ea in-
stat oleris in ciborum usum recipiatur. Hae nimirum (ut ejus pictura, quam hic damus, aperte demonstrat) folia fert oliva-
similia, crassiora tamen, ac perinde sepe pinguis, ut portulaca, subalbida, levia sapore salso. Caules emittit plures à radice
albicantes, tenues & lentos, in quorum summitate semen profert minutum, racematim coherens. Nascitur frequens prope
Terpesti maenia circa salinas, ubi etiam separatim, nec minus copiosa visitur atriplex marina, quae sylvestrem maxime æ-
mulatur: quanquam apud Mauritanos atriplex marina idem esse videtur cum halimo. Sed quod inter se differant, ma-
nifestum fiet libro secundo in atriplex commentatione. Halimi meminit Gal. lib. 6. simplicium medicamentorum, sic in-
quiens. Halimum, hac planta frutex est plurimo in Cilicia præcipue proventus, ubi & germina ejus recentia estant, & re-
ponunt quoque in posterum futura usui. Semen pariter, & lac planta ipsa generat, estque gustus salis, & subadstringentis. Ex
quibus omnibus palam est, ipsam esse dissimilem. Major autem pars ejus substantia calida est temperata, cum humida a-
te incoacta, & leviter flatulosa, & ut cetera salsa corroborat, adstringit & abstergit. Cocta ex jure, aut aqua addito oleo
aut butyro alvum subducit. Idonea planta est Halimus ad sepiendos hortorum toros, quippe obsequiosa cum sit, facile quocumque,
distrahatur. Quae planta Graece ἀλὶμος, Latine similiter Halimus dicitur: Arab. Molochia: Italice, Halimo: Venetis, Bidone.

Halimus, id est, marinus, quod in maritimis proveniat: vel rectius, ut Plinius lib. 8. cap. 22. quod olus
sit maritimum salsum, cum & alibi quam in maritimis proveniat: apud Theophrastum Gaza Aurone ver-
tit. 4. hist. 20. Halimi duo genera Plinio, mitius id est, sativum, quod Tholosani in hortis habent & herbam
Colicam, ab usu, vocant: & sylvestre: tres habemus species, haec verò dicitur Halimus tertius Clus. Hispa.
Halimus primus tenuiore folio & Halimus sylvestris Plinii, Cæf. Portulaca marina, Dodo gal. (cui vide-
tur secunda species Halimi apud Plinium) & fol. Lemnio (qui Halimum esse negat) Lugd. Lobelo, qui
an Crithmum sit Dioscoridis dubitat. II. Halimus latifolius erectus, C. B. frutex est omnino candidus, in
Rhamni altitudine assurgens, qui ex radice dura, lignosa & ramosa multos protrudit ramos, crassos, li-
gnosos, at fragiles & leves: circa quos sine ordine nascuntur folia oleæ, sed latiora & breviora, interdum
rhomboidea candida, carnosa quasi splendētia, acida gustu: flos in summis ramis muscosus, purpurascens,
racematim coheret: cui succedit semen copiosum latum portulacæ marinæ simile. Ætate floret, semen
autumno maturefcit, qui Ulyssiponæ sponte provenit & Hispali in sepibus: in horto Montebelgardiano
legimus. Hic legitimus Diosc. Halimus & mitius genus Plinii, Auronem Gaza apud Theoph. vertit. Ha-
limus Lob. Halimus primus Clus. Hisp. Halimus alter latiore folio Cæfalp. Portulaca marina Dodo. fol.

παλινος.

PALIVRVS.

CAP. CIIII.

Paliurus frutex cognoscitur, aculeatus, durus: cujus semen pingue & fuliginosum invenitur. Quod
potum tussi opitulatur, vesicæ calculos comminuit, serpentium ictibus adversatur. Folia & radix atri-
toriam vim habent: quorum decoctum potu alvum fistit, urinam trahit, contra venena & serpentium
morsus auxiliatur. Radix recentia tubercula, tumoresque omnes discutit, trita & imposita.

Paliuri
confide-
ratio.

Paliuri
histor. ex
Diosc.

Paliuri
Theo-
phra-
sto
varia hi-
storia.

Agrifo-
lium.

Guilan-
dinus ar-
guitur.

Paliuri
histor. ex
Agatoc.

Paliuri
descri-
ptio ex
Plutarch.

Ad inter se quibusdam plantarum historiis discrepant scriptores, ut persape eorum mentes maxime perturbent, qui
verum veritatem indagare student. Id autem discriminis nimirum evenit de Paliuro. Nam quæ hujusce stirpis a Dio-
scoride traditur historia, omnino differt ab ea, quam diversis generibus protulit Theophrastus. Hac autem non convenit
cum ea, cujus Plutarchus est auctor, & hac à prædictis omnibus, prorsus dissentire videtur. Paliurus Dioscoridis (ut ab ea pri-
mum exordiar) est frutex spinosus, durus, omnibus notus, cui semen pingue & fuliginosum. Pauci ejus historiam perstrin-
xit Dioscorides, nulla habita de foliis mentione, quod supervacaneū existimaverit pluribus agere de Paliuro, ut pote planta
apud suas regiones notissima, quod nobis est impedimento, quod minus veram Paliurum, de qua ipse intellexit, cognoscere
valeamus. Theophrasto deinde lib. 3. cap. 17. de plantarum historia plura sunt Paliuri genera, quæ omnia in filiquis semina-
terna, aut quaterna proferunt, lentorem præ se ferentia, ut lini semen. Amat nasci locis aridis, quemadmodum & rubus,
nec minus quoque, dilutis. Ceterum ab hac non parum differre videtur & illa, cujus idem meminit inferius lib. 8. cap. 4. si-
quidem hanc plurimam nasci testatur in Africa, foliis ei quæ in Græcia nascitur, non absimilem. Quæ quamvis folio Gra-
eam amuletur, fructu tamen diverso provenit, ut qui non latus, neque folliculari specie, sed rotundus, ruberque, sit, cedri fructi-
bus magnitudine similis: cui & nucleus inest acinorum punici modo, qui non manditur. Fructus verò per se jucundus habet-
tur, atque, si quis vinum infundat, tum ipsum suaviorem, tum vinum suavius reddi ajunt. Ex quo aliquando mihi persuasi
eum non longe aberrare, qui dixerit, hanc illam esse stirpem, quam Plinius Aquifolium vocat: & nos AGRIFOLIUM
dicimus, quod sit undique, foliis aculeatis, loto majoribus, fructu cedri, rotundo, rubro, nucleum intus habente, jucundo & gu-
stui non ingrato: non tamen, quod pro certo hoc asserere velim, quod hæc propria sit Aphricæ planta, sed quod aliquando
hæc notis persuasus putaverim, Paliurum hanc aut Agrifolium esse, aut omnino arborem sibi similem, non autem zizyphum,
ut ille impudentissimus somniavit Guilandinus: siquidem zizyphi hæc æ rotunda non sunt, ut cedrides, sed oblonga oliva-
rum modo, neque os intus habent punico malo simile, sed ut in Oliva longum, durumque. Plinius ex Theophrasto hanc
ipsam literis mandavit lib. 13. cap. 27. Sed cum de viribus ejus differeret lib. 24. eam recensuit, quam & Dioscorides,
Nullam ego arborem hæcenus reperi, quæ Paliuro Aphricana similitudine respondeat, præter Agrifolium, ut dixi. Verum,
ut ad nostrum institutum redeamus, Agatocles Paliurum omnino, ab illis differentem tradit, quippe quoniam assurgat in
Alexandria (ut ipse inquit) ad Pinum, Vlmique, proceritatem, ramis frequentibus, & aculeatis, folio viridi, rotundo, tenui. Hæc
bifera est, nam tam vere quam Autumno fructum profert oliva phaulis vocata, magnitudine. Crudus manditur
is, ac virens, ubi verò exaruit, in farinam molitur, atque, ea ita estur nullo liquore subacta. Aliud Paliuri genus in monte
Coccygio nasci prodit Plutarchus ex Ctesiphontis auctoritate libro arboribus dicato, cui si avis, aut aliud animal vo-
lucre fidat, velut inviscatum coheret, præter cuculum, cui soli parcat, si tamen hæc fides est adhibenda. Quare cum de Pa-
liuro tot ac diverse ferantur sententia & habeantur historia, facile crediderim, Paliurum esse nomen ad nationum placita
variis,

variis ac diversis aculeatis stirpibus impositum: et si Josephus Salandius medicus apprime doctus, & in stirpium historia non imperitus, dum Veneta classe in Graciam trajecisset, Dioscoridis Paliurum se vidisse mihi pro certo affirmaverit, semine fuliginoso, ac pingui: atq; ibi proprium adhuc nomen retinere. Sunt tamen & recentioribus, qui putent Paliurum Dioscoridis eam esse arborem, quam nos sequenti capite oxyacantham esse pluribus comprobavimus. Sed profecto non placet eorum opinio, quod planta, quam oxyacantham censemus, arbor sit, non frutex: quodq; fructum proferat myrti magnitudine, confertum, fragilem, rubrum, opiculos intus habentem, & in racemi modum coherentem. Paliurus vero non fructum sed semen ferat fuliginosum, pingue, & (ut Theophrastus inquit lib. iii. cap. xvii. de hist. plant.) in siliquis conclusum, lentum, pingueq; lini seminis instar. Verum si forte Theodorum Theophrasti interpretem sequentes hac in re decipiuntur. Siquidem in libro primo cap. xvi. sic vertit: Quadam folia cum extremo, tum etiam lateribus sinuata concidunt, ut ilicis, roboris, smilacis (glandifera scilicet, & ilici similis) rubi, paliuri, & aliorum. Ubi animadvertendum est, cum perperam vertisse *παπαρδης* sine sinuata, cum ea dictio Græca nil aliud Latine significet, quam spinis horridula. Error præterea ex eo manifeste deprehenditur, quod omnibus sensu pateat, ilicem, smilacem, rubum, folia non proferre aliqua parte sinuata, uti ea esse cernuntur, quæ planta illi exeunt. quam nos acutam spinam arbitramur: sed longa, & per ambitum ubiq; tenuissimis, ac crebris aculeis circumsecta, ut in ejusdem capituli progressu idem ostendit Theophrastus, cum inquit. Simili modo nonnulla ex his caulem primo mitem, post horridulum spinis gerunt, ut lactuca, & cuncta folia spinosa redduntur, atq; etiam magis in fruticum genere, ut rubus, paliurus. Quibus palam sit plantam, quam nos vulgò vocamus Bagaia, alii vero Amperlo, non esse Paliurum, sed potius acutam spinam istum rationibus, tum auctoritatibus, quæ sequenti capite à nobis adducuntur. Caterum quoniam Paliurus AGRIFOLIUM sive AQUIFOLIUM (ut Plinius appellat) mihi

Recentiorum opinio reprobata. oxyacantham paliurum statuentium.

Gaza reprehenditur.

Aquifolii consideratio.

AQUIFOLII VARIETAS.

AQUIFOLIUM.



in mentem revocavit, non ab re factum esse putavi si de ejus historia & viribus hic verba facerem. Est itaq; Aquifolium planta arborescens, ad acuta spinæ magnitudinem, foliis perpetuo virentibus, Lauri amulus, sed in toto ambitu per intervalla sinuatis, aculeatis, carnosissimis, solidissq; ac levibus. Virgas edit virenti libro vestitas, lentas ac flexiles: bacca rotundas rubentesq; Rusci amulas, & nucleo etiam simili, albo crassog. Arborefcit in sylvis, & sylvestribus locis. Radicum decocto foventur utiliter articuli, qui prius luxati duritiem contraxerunt, nam emollit & resolvit, tumores discutit, & ossa fracta ferruminat. Id quod Valentinus præstat radicem ipsarum cortex excoctus & illitus. Folia suspenduntur circa funes, è quibus salte carnes sub tecto pendent, prohibent enim suis aculeis, ne mures accedant. Sunt qui è tuso radicem cortice arte quadam viscum parant ad aucupia. Sunt, qui etiam scopas ad verrendas domos è foliosis virgis parant. Ramis, quod perpetuo vireat hæc arbor, hyeme ornantur templorum fores, & ara, quos deinde in suas ades deportant rustici, putantes hisce ramis fulgura inhibere, & fascino adversari, gentilitatis superstitionem sectantes. à Plinio edocti: quippe qui scribit,

Aquifolium arborem in domo aut in villa satam veneficia arcere. Eiusdem arboris flore (eodem authore ex Pythagora) aquam glaciari legimus. Item baculum ex ea factum, in quodvis animal emissum, etiam si citra acciderit defectu emittentis, ipsum per se se recubitu propius adlabi, tam præcipuam naturam inesse arbori. Censet idem Plinius lib. 27. cap. 8. Crateogonon, sive Crateogona Theophrasto eam arborem designare, quam Latini Aquifoliam appellant. Sed an is rectè senserit, ex Theophrasti lectione judicare poterunt rei plantariae studiosi: siquidem is ita habet lib. 3. cap. 15. de historia plantarum. Crateogon, folio mespilæ, promisso scilicet est, verum majori, latiori oblongioreq; nec serrato, quemadmodum illa sit: hæc non admodum magna neq; crassa. Materies ei versicolor, valida, sulva, cortex levis, mespilo similis, radix singularis, atq; in profundum. Magna ex parte fructus rotundus, qui maturescens siccatur, nigrescitq; gustu & succo mespilaceus, quapropter veluti sylvestris mespilus apparuerit, est specie simplex, & sine ullo discrimine. Hallucinantur qui hanc arborem Theophrasto Agriam, sive Ariam faciunt: atq; in eodem errore versantur, qui eandem existimant ejusdem esse crateogonon.

Aquifolii vites.

Crateogonon Theophr.

Galenus Paliuri à Dioscoride descripti meminit lib. 8. simp. med. his verbis: Paliuri folia & radix adeo non obscuram habent adstringendi facultatem, ut & ventrem fluentem cohibeant: adeo digerunt, ut & phymata curent, quia quidem non admodum phlegmonode sunt & calida. Fructus porro tantam obtinet incidendi vim ut & calculos vesica comminuat: & pectoris pulmonisq; excretionibus auxiliatur. *Maxisq; Græcis, Paliurus Latinis, Paliuro Italis pariter appellatur. Aquifolium autem vocant Itali Agrifoglio: Germani Walddistlen sive Stechpalmen.*

Nomina.

Paliurus Dioscoridis idem fortè cum Rhamno tertio ejusdem, ita ut quæ de Rhamno tertio dicuntur, ad hoc caput sint referenda. Theophrastus 3. hist. duo paliuri genera proposuit, alterum cujus semen in siliquis continetur, intelligens Dioscoridis Rhamnum tertium: alterum Paliurus Africanus fructu rotundo & rubicundo, ut Gaza vertit: Verum vox *σπέρμα* apud Theophrastum ex rotunditate oblongum significat: Hanc dicimus esse Jujubas minores, quæ de re inferius. Nunc de Agrifolio: aliquib. Paliurus Africanus Theophrasti: alius Cratægus ejusdem, cum quo tamen descriptio non convenit, ut nec Paliuri apud Diosc. aliis hedera rigens apud Plinium: quibusdam Lauri species. Videtur Theophrastus 3. hist. 4. *ἀγρίον* vocasse, quo loci Gaza Aquifolium vertit: at 3. hist. 16. licet habeatur *ἀγρία*, *ἀγρία* legendum. Vocatur Aquifolia Trago (cui & laurus spinea, sive aculeata) Dod. Gal. (& Ruscus sylvestris) Aquifolium Ruellio. Ges. hor. (& Ilicis aquifoliæ genus, Paliurus aculeata) Lob. Cast. Thal. Lugd. Tab. Agrifolium Dodo Cæs. Cam. Ilex aquifolia, Lon. Paliurus secunda, Lac. Variat hæc, quod aliquando in arborem excrescat, aliquando fruticosa fit: sic alia est cujus folia margine spinoso: alia folio non fimbriato, levi, extremitate tamen aliquando acuminata, aliquando non, ut figura adjecta exprimit.

O. f. in arbor.

ACUTA SPINA.

CAP. CV.

a. Orib. hæc non habet. b. *ἀγρία*. Non legitur Catacuz. c. *πυραstra*. i. nucleos leg. Orib. Acute spinæ cōsid. & historia. Acuta spina nō est offic. Berberis, sive Crespinus.

Acuta a [spina, quam pyram, aut piryanthem aliqui vocant,] arbor est b pyraastro similis, spinosa valde, & minor: baccas profert myrti, plenas, rubras, † fragiles, & intus nucleum: radicem multifidam, altè descendente. Hujus bacca potu, aut cibo, alvi profluvium, & abundantiam fœminarum sistunt. Radix illita aculeos, & spicula extrahit: abortum fieri tradunt, si ter radice venter aut sensim feriat, aut perungatur.

Habet pro comperto tota recentiorum medicorum familia, quod arbor Dioscoridi *ἀγρία*, id est, acuta spina, vocata, quam Mauritanii Berberim dixerunt, ea sit nimirum arbuscula spinis horrens, quam rura Tridentina, ubi in sepibus, sylvis & convallibus frequentissima nascitur, Crespinus vulgò nominant: medicorum verò vulgus ac officina Arabes secuta Berberim appellant, ita esse certò credentes, ut opinione ducuntur. Veruntamen si rectè delineationes notæq; perpendantur, quas oxyacanthæ reddidit Dioscorides, crespinus notu prorsus acuta spina reclamare constabit. Qua potissimum ratione adductus, quo magis veritas eluceat, errorisq; nebula tollatur, non dubitavi eorum opiniones resellere, qui inter recentiores medicos de stirpibus commentaria conscribentes, Crespinum vocatum legitimam oxyacantham esse asseverant. Neq; me fugit, non parum suscepisse negotii, ut eos a concepta jamdiu opinione in sententiam nostram, quam veram putamus, venire compellam, cum magna admodum sit tum medicorum, tum seplasiariorum turba, quæ hac in historia longo usu aberrat. Verum cum compertum habeam, quod veritas sit nive candidior, solèq; splendidior, & eorum tum vera, tum fida comes, qui virtutibus ac probitate præstant, duxi meas rationes multorum auctoritate comprobatas, nullam horum doctissimorum virorū auribus molestiam allaturus, qui nolentes non aberrarunt: quinimo iis, ut pote veri defensoribus, fore jucundissimas atq; gratissimas. Nam qui, ut sibi placeant, malunt errare quàm veritati & æquo cedentes, errores cognoscere, eosq; corrigere, non sunt in philosophorum ac rationabilium hominum numero recipiendi. Sed ne apologeticis verbis tempus conteratur, rem institutam aggredior. Dioscorides acutam spinam arborem esse pyraastro similem scribit, minorem tamen, magisq; aculeatam, fructumq; gerere myrti similitudine, plenum, fragilem, rubentem & intus nucleum, cui radices subsint multifidæ, altèq; descendentes. Ex quo palam est, ipsum non alias acuta spina notæ expressisse, quàm proceritatis, crassitudinisq; stipitis, ramorum, radicum ac fructuum, omissa soliorum, florum, & corticis historia. Folia apii hortensis modo divisa, sed longiora: floribus racemosis ac candidis: cortice scabro, & materie pyraea. Quæ omnia ipse accuratè perpendens, in primis Crespinū omnibus notis pyraastro reclamantem comperio, cui tamen prorsus ad stipularem acutam spinam Dioscorides est auctor. Siquidem sylvestris pyrus, quem admodum & oxyacantha, simplex è solo profilit, atq; unico dumtaxat caudice attollitur, ac inde tam in longū latumq; crescit, ut ad communē arborum proceritatem assurgat. Crespinus verò, cujus sanè innumera mihi præ oculis quotidie sese offerunt planta, nullū ab radicibus mittit caudicem, sed pluribus ac diversis aculeatis stolonibus fruticat, qui virgarum modo in altum se attollunt, nec unquā arboreunt, nisi raro, & longo temporis tractu: quippe qui omnium majores habentur, pollicarem crassitudine rarissime excedunt, nisi atate longa incrementū susceperint: quin & rara inveniuntur ejus virgultæ, quæ hominis longitudinē æquent. Ad hæc pyraaster cortice constat aspero, squamoso, inæquali, crasso, colore in nigro rufescente. Crespinus verò cortice vestitur albo, levi & admodū tenui: quo fit ut nō adeo leviter ferro, vel lapide tangi possit, quin statim cortex frangatur, & crocea ligni materies detegatur. Præterea pyraaster prunorū modo aculeata conspicitur, aculeis singulis ex eodē loco erumpentibus, licet rami frequentissimis horreat spinis nigris, validis, candidis rhamni modo mucronatis. At Crespinus ternis per intervalla armatur aculeis, simul ex uno, eodemq; puncto prodeuntibus, adeo ut trifurcato ordine prodeant, duobus scilicet utrinq; se pandentibus tertio verò mediū occupante, albis, planis, nō quidem rotundis, fragilibus, & admodū pungentibus. Illud insuper discrimini addā, acutam spinā fructum asserre myrti magnitudine. Crespinus verò racematim in uvæ modū, cujus oblongi acini tritico paulò majores, vividiores, eleganterq; racemus adnexi, puniceos acinos quadantenus representat: quanquā minores, oblongiores, acidiores, & colore etiā multò vivaciore habeantur. Crespini deinde folia minime pyrastrum referunt, sed potius punicæ malū, quamvis latiora, nec adeo in mucrone desinentia, per ambitū spinis tenuissimis, frequentissimūq; horrida. Radices etiam, quæ profectò æquè flava sunt, ac si croco essent infectæ, etsi plures sint, atq; exiles, nihilominus altè nō descendunt, veluti acuta spina, sed in latus summo cespite vagantur. Flos deniq; pyraastro admodū refragatur: namq; melius ex racemo uvæ similiter erumpit, sui fructus interno colore, à quo dum explicatur atq; dehiscit, perquam suavè spirat odorem. Quib. evidentissimè colligi potest, & oxyacanthā Græcis, & berberim Arab. non esse crespinū, cujus communis est usus apud medicos & seplasiarios. Sed præter hæc illud etiā certò credendū est, quod si Dioscorides per acutam spinā crespinum intellexisset, nunquā silentio dissimulasset folia mirabili opere per ambitum aculeata: neq; fructum, quem ramis pendulū gerit, acinis inter se racematim

Crespini cum pyraastro & acuta spina collatio.

matim coherentibus, myrti baccis asimilasset: nec scriptum reliquisset: radices in profundum agi: nec deniq. flavum earum colorem unquam retinisset, quo insigniter natura infecta sunt. Non pratermisisset etiam spinarum historiam, utpote quae ternas virgis innascantur, à pede ad verticem: non corticis candorem, non tenuitatem: non item, quod sapius sine caudice, variis veluti stolonibus frutices: non deniq. ipsam pyrastrum prorsus similem reddidisset, à qua profecto non minus disidet, quam quercus ab olea. Caterum si modò dicendum est, Oxyacantham nasci in Italia, eam equidem acuta-

Legiti-
ma oxy-
acantha.

I. ACUTA SPINA.

II. OXYACANTHA DIOSCORIDIS.



leatam arborem esse crediderim, stipite, cortice, ramis, floribus, proceritate ac ligni materie planè pyrastrum referentem, quam in Hetruria rura nostra Senensis Bagata vulgo nominant. Ananienfes, & ceteri Tridentinarum vallium incolae quidam Amperlo, quidam vero Pand' orso vernaculis nominibus vocant, & Goritienfes barazzo bianco vulgari sermone appellant, quippe quae omnibus notis ac lineis acutam spinam referat. Primum enim haec manifesto indicio esse possunt, arboris scilicet stipitis, ramis in qualibet parte acutissimis, firmisq. aculeis armati, ligni materies, subscaber squamosusq. cortex veluti pyrastrum. Tum ita esse comprobant radices in profundum descendentes, & fructus, quem fert myrti crassitudine, visu jucundus, rubescens, plenus fractu facili, ori subausterus, in quo modò unus, modò plures concluduntur nuclei. Flos etiam, quem album edit, pyrastrum admodum adstipulatur: quippe quòd sit illi haudquaquam absimilis. Porro folia duratata à pyrastrum disidere videntur: nam dissecta sunt apii modo, paululumq. longiora. Verum mihi quidem illud non videtur ob multas rationes aliqua ex parte nostrae repugnare sententiae: convenientias enim pluribus ex partibus peri certum est, non autem ex paucioribus. Quali ergo acuta spina vireat fronde, hic non explicavit Dioscorides sed tantum dixit, eam esse arborem pyrastrum similem, quemadmodum Arbutum Coronea malo, & ilicem & sagum Quercui, idem comparavit Dioscorides, quòd magis ad stipitis, ramorum, corticis, florum delineationem, & ligni materiem respiceret, quam ad folia, quae nihilominus laciniata constant apii modo: tamen si hoc in loco id adnotare pratermisisset Dioscorides. Hoc autem probatur manifesto ipsius Dioscoridis, ac etiam Theophrasti testimonio. Nam Dioscorides, cum de mespilo ageret, duo mespilorum genera constituit, & relicta in capitis calce vulgata, quae frequens, & communis visitur in Italia, illam in primis descripsit, quae Neapoli nostra tempestate vulgò Azarolo vocatur, & veteribus aronia dicta est, sic inquit, *Μεσπίλον τὸ διὰ τὴν ἑξῆς ὁ ἀπὸ τῶν ἀρωγῶν παλαιῶν, ἀναρτῶντες ἐστὶν, ὅθεν τοῖς ὁνόματι οὐρανῶν ἡ ἀρωγὴ φέρει τὸν ὄνομα* id est verbum ex verbo. Mespilus arbor, quae à nonnullis aronia vocatur, spinosa est, similis foliis oxyacanthae. fructum ferens exiguo malo similem, suavem. Quib. autem foliis constet illa mespilus Azarolo vocata, Theophrastus lib. iii. cap. xii. demonstravit his verbis. Hujus folia dissecta sunt, extremitatēq. apii similia. Ita sit, ut concludamus oporteat, si mespilus aronia folio oxyacanthae provenit, eoque scisso (ut Theophrastus prodidit) apii instar, hanc spinosam arborem Bagata vulgò dictam, esse proculdubio acutam spinam: quandoquidem ejus folia in modum apii dissecta sunt mespili aronia modo. Theophrastus lib. vi. cap. ultimo de historia plantarum scribit, oxyacantha fructum fuisse antiquis in coronarum usu, quod etiam nō parvo est argumento, illam legitimam esse oxyacantham, quam in medium attulimus: quandoquidem fructus ejus, qui autumnō toto, & ad mediam hyemem usque perdurat, adeò lavore quodam pellucet, ruboreq. decoratur, ut globulos & praestantiori corallo paratos referat: id quod in coronis maxime praestasse crediderim. Hanc nostram de oxyacantha sententiam, duobus argumentis impugnant Antagonistae. Primum sane est, quòd nostra folia decidant, Theophrasto vero perpetuò acuta spina vireat. Secundum quod ipsius etiam Theophrasti testimonio Acuta spina aculei iis similes habeantur, qui in Medica malo proveniunt: quae tamen non magno quidem labore dissolvi, ac convinci possunt. Siquidem ut reperitur fabulosum apud Theophrastum lib. primo cap. xv. de hist. plantarum, Tiliam & myricam perpetua fronde virecere: & libro tertio cap. 16. Suber folio esse haud perpetuo, sed deciduo, ita pariter de Oxyacantha dicimus.

Mespili
duo ge-
nera.

Antago-
nistarum
argumē-
ta confu-
tata.

xerim: sed verendum est potius ne in hoc capite, quemadmodum in aliis plerisque locis, plura depravata legantur, quam quod in his aberraverit Theophrastus. Quod autem ita sit, maximo est mihi argumento Plinius, qui plantas perpetua fronde vi-
rentes ex Theophrasto transcribens li. 16. cap. 21. ibi nec Tilia, nec oxyacantha meminit. Id quod manifeste arguit in Theo-
phraſti codice hæc haudquaquam adinvenisse Plinium. Sed non desunt etiam Theophrasti exemplaria quæ *oxyacantha*,
non *oxyacantha* legunt. Præterea si Dioscoridis, & Galeni testimonio Oxyacantha fuerit pyraſtro per omnia similis, ut ad-
versarii contendunt, nusquam hanc perpetuo vireſcere dicam, sed unâ cum Pyraſtro folia hyeme amittere. Quantum verò
ad aculeos attinet, si quis Theophrasti verba diligentius, quam illi fecerint, expendit, ea nihil prorsus pro iisdem affirma-
re comperiet. Inquit enim Theophrastus de mali Medici aculeis agens, *αὐτὰρ τὰς ἀπὸ τῆς ἀμύγδαλης ὀξυάνθης*, Id est, spinas qua-
les Pyri, aut Oxyacantha. At qui cum domestica Pyrus nullis rigeat aculeis, de sylvestri intellexisse illum necesse est: verum
quantum agrestis Pyri aculei, à mali Medici aculeis differant, quispiam per sese videre poterit. Quo fit ut Theophrasti verba
nil aliud exprimere putarim, quam quod Medica malus aculeata sit, ut Pyraſter, & Oxyacantha: non autem quod harū
arborum aculei sint omnino similes, ut perperam ille interpretatur. Postremo quod bacca, quas nostra profert acutæ spina,
sint dulces, ut ultimo loco contendit illorum unus, nec adstringant, sed potius adstrictos muliebres locos ducant, ii id omni-
no judicabunt, qui sapidiori gustu ac saniori à natura fuerint procreati, quique aliquando huiusce plantæ fructus pericu-
lum fecerint. Reliquum igitur est, ut dicamus, Crespinum aliud esse ab Oxyacantha, plantamque, ideo fuisse veteribus inco-
gnitam, quod eorum nullus, qui de plantarum historia scripserunt, huius aculeata stirpis (quod ego sciam) meminerit.

Crespini
forma &
vires.

III. CRESPINUS.



IV. UVA SPINA.



Vinum
Berberis
& ejus
usus.

Uva spi-
na men-
tio.

rylus: è quibus non desunt, quæ quandoque, longo temporis tractu, agrè tamen arboreſcant. Hæc ab imo ad summum spinis
quibusdam acutissimis horret, longis, compressis, albicantibus fractis, minimè contumacibus, quæ (ut supra dictum est) per
intervalla ternæ ex eodem prodeunt puncto. Cortex toti plantæ candidus, levis, ac tenuis: cui subest ligni materies flava,
fragilis atque fungosa. Numerosis tota virgultorum congeries nritur radicibus impensè flavis, quæ per summa terra diva-
gantur: foliis fere puniceis, tenuioribus tamen, latioribus, minusque in mucronem extensis, per extremum ambitum minutis-
simis spinis circumseptis. Flores emittit in eunte Majo luteos, racematim coherentes in uva fere modum, odore non ingrato.
Quibus postea succedit fructus acinus oblongus, racemo pendulus, qui maturitate maximè rubent, punice mali acinis haud-
quaquam absimiles, quanquam figura longiores, gustu acido, & subaustero, parvis reconditis intus nucleis. Nascentur in so-
pibus frutetis, ac fenticosis locis. Bacca refrigerant & siccant, cohibent, roborant, & adstringunt. E fructu post vindemias in-
cola vinum exprimunt, quod falso de Berberi vocant officina: cui austeritatis aciditatisque, longe plus inest, quam mali puni-
ca succo. Quod si in acutis, permiosisque, febribus, uti causus, & quæ pestilens est, julapio violaceo commissum, ac oxaliæ a-
qua agrotantibus exhibeatur, non modò sitim restinguit, ex pituita haustum, sed biliosas, pestilentesque, exhalationes sup-
primit. Datur utiliter cum myrtino & aqua plantaginis, cœliaci, cibum rejicientibus, & dysentericis, & ubi bilis à jecino-
re in ventriculum regurgitans cholericos excitaverit affectus. Non secus tam sumptum, quam inditum mensium profluvia
cohibet. Tineas ventris enecat ac pellit, præsertim si bibatur ex aqua graminis, vel portulacæ, vel abrotoni, addito sacchari
tantillo. Prodest cruentis excreationibus: firmat commotos dentes, si eo sæpius foveantur: quinetiam gingivas roborat, &
gargariæ atque faucium uvæque, inflammationes discutit, columellam procidentem reprimat atque, destillationes eo confluentes
reprimat. Vulnera recentia in carnis superficie glutinat, & ulcera serpentia cohibet, & humida desiccant. Nihilominus
nocet his, qui ex statu, ac frigiditate laborant ventriculi doloribus atque etiam agrè spirantibus: datur etiam utiliter ad
jecinoris inflammationes. Confert oculorum destillationibus lachrymasque, cohibet, ubi guttatim in oculorum angulos distil-
letur cum pompholyge, & aqua rosarum. Cæterum postquam acutæ spina historia eò deduxit, ut de nonnullis aliis acu-
leatis stirpibus disseruerim, non erit ab re, ut plantarum facultas augeatur, si illam addiderim plantam, quæ folio etiam
apii constat, & undique spinis rigit, ab aliquibus UVA SPINA, à nonnullis UVA MARINA, & à pluribus UVA CRESPI-
NATA.

cat a. Plant a hęc antiquis (ut puto) incognita, arbuscula est parva, fruticosa, folio apii, aut oxyacantha: ramulis ac virgulis albicantibus, ubiq; aculeatis. Duorum est generum. Sativa altera, altera sylvestris ac sponte proveniens. Flos utriusq; albus, & quandoq; ex viridi purpurascens. Uvas profert non racematim coherentes, sed baccarum more dispositas: eadem facie sunt rotunda, pilosa, praesertimq; sylvestres: succo abundant plurimo, vinoso, sapore acido adstringente, adeo, ut prorsus omphacinum referant. Color illis ante maturitatem viridis, at qui maturescentes colore una cum sapore permutant, siquidem flavescent, & succum subdulcem reddunt. Habent & nucleos fragiles tamen, & imbecilles, adeo ut una cum fructu mandantur. Leguntur ante maturitatem. Majo mense ac Junio. Sativa in hortis, pomariis & vineis seritur. Sylvestris in sepibus, & senticosis locis sponte provenit. Frigida sunt, & sicca astringentes, & in cibis omphacii loco grata: nam jusculis incocta appetitum excitant. Quae & febrientibus, jusculis incocta non sine utilitate exhibentur, sitim sedant: in summa mulieribus, utero gerentibus magnopere expetuntur, gravidarum malicia succurrunt. Dantur devoranda celiacis, dysentericis, & cruenta exspuentibus. Huic accedit & altera planta, veteribus quantum reor, incognita, & silicio involuta, quam aliqui falso Mauritanorum RIBEM esse contentunt. Duum est generum, domesticum & sylvestre. Parva utraq; est arbor. Ea fruticosa est, topiaria, folio parvo, vitigineo, perinde ac alba populo, sed longe viridiori: ramuli sunt ei lenti, ac flexibiles, e quibus fructus parvarum uvarum modo, ut in crespino, racematim dependent, rotundis simulq; coherentes, acinis magnitudine piperis, qui maturitatem adepti maxime rubent, sapore subacido & adstringenti, admixto etiam dulci: floret mense Majo floribus, in luteo candicantibus, & in stella modum radiantibus. Vulgaris est planta, in hortisq; frequens: quippe quoniam domestica ad sepandos hortorum pulvinos eleganter seratur: sylvestris nascitur sponte in Bohemia, in sylvis collibus, & in aliis Germaniae locis. Verum eos Error hallucinari abunde constat, qui putant, hanc arbusculam esse Ar-

Vva spi-
na du-
plex.Uva spi-
nae ulus.Ribes of-
ficin.
confid.Error
quorum-
dam Ri-
bes Ara-
bum cre-
dentium.Ribes of-
ficin.
ulus.Uva ursi
Gal.Dodone-
us argui-
tur.
Bellonii
opinio
impro-
bata.
Oxyaci-
thae vires
ex Gal.

Nomina.

V. RIBES VULGARIS.



40

memacyli folio virefcere. Memacylum enim Galeno, et si Arbuti fructum designat lib. 7. de simplicium medicamentorum fac. aliquando tamen ipsam quoq; Arbuti plantam designare videtur, ut loco superius citato, ubi Gal. continens pro contento accipiens. Arbutum Memacylum appellavit. Inquit enim quae urfi uva appellatur, in Ponto nascitur. Planta est humilis, & fruticosa, folio Memacyli. Ceterum cum magna differentia habeatur inter Ribis folia, quae vitiginea sunt, & Arbuti quae laurina emulantur, explodenda est omnino Dodonae sententia, quippe qui nulla dubitatione censeat vulgare Ribem urfi uvam esse Galeni, suam tantum opinionem falsus. Bellonio vero in lib. de arboribus, confertur. Ribes Serapionis plantam quaedam censetur, quam se invenisse scribit in monte Libano ad supremum cacumen, foliis oxylapathi, grandioribus, retusioribusq;: e quorum medio racematim exeunt baccae rubentes, ut in hippoglossio, rusco & lauro Alexandrina. At certe ego non audeo, nec possum Bellonii judicio subscribere, & plantam illam non respondeat notis, quas Ribis tribuit Serapio. Ea enim folia non fert rotunda, sed oxylapathi, non habet capreolos, & baccas e mediis foliis exerit. Unde facile adducor, ut putet ejus Ribem falsam & adulterinam esse potius, quam veram & legitimam. Oxyacantha meminit Galen. lib. 8. simplic. medicamentorum, sic inquit. Oxyacanthus, arbor ut pyri sylvestri similem habet speciem, ita & vires non dissimiles: quin & ipsi fructus, pyri quidem sylvestris absolute acerbus est, ceterum oxyacantha, & tenuius est partium, & paulum quiddam incisivum obtinet. Porro arboris hujus fructus pyri sylvestris fructui similis non est, verum myrti, scilicet rubens & rarus. Habet vero & nucleos. Porro non est tantum, sed & bibitus affectus omnes fluxiones, quos praeter Graci vocant, cohibet. Hanc plantam Graeci οξύανθα nominantur: Latini, Acuta spina: Arabi, Amirberis, seu Amyrbaris sive Berberis: Italis Hetruscis, Bagaria, & Ananienfis. Imperio: Hispanis, Pirlitero, & Pirliteros: Germanis, Haqdorn: Bohem. Hloc. Crespinus vero officinum Berberis: Italis Crespino: Germ. Saurach/Saurdorn vñ Pat-felbeer/Versich: Bohem. Drac sive Drifal: Gallice Espine vinetre dicitur. At Uva spina sive crispa, Ital. vocatur uva spina, sive uva spinella, uva marina: Germ. Klosterbeer sive Creusbeer: Bohem. Chlupate jahody: Gallis Groiselier. Ceterum vulgaris Ribes Italis vocatur vueta rossa, & Ribes: Ger. S. Johans treuble: Bobe. vuyno S. Iana: Gal. Greifelles d'outremer.

Oxyacantha a Dioscoride proponitur, at Galen. 8. simp. & clarius lib. de facult. alimentorum, praeter oxyacantham habet & oxyacanthum. Oxyacantha i, acuta spina Diosc. est oxyacanthus Galeni: a veteribus. Latinis simpliciter spina dicta, quae tribuuntur ei quae vulgo oxyacanthae nomine ostenditur, quam alii ad Cynosbatum Theophr. (non autem Diosc.) nec adeo male referunt: hujus vulgo cognitae nomina subijciamus. I. Oxyacantha apii folio. C. B. spina Callobrix Palladio: Spina candida Marcello, Anguil. Cynosbatos Trag. Lon. Sorbus aculeata, Cor. hist. Oxyacantha seu pyracantha, Cor. in Diosc. Oxyacantha Diosc. Dod. gal. Gef. hor. cui & spina appendix Plin. Oxyacantha, Lac. Lob. Lug. Tab. Cam. Caef. cui Anthemis Theoph. & Mespiliterium genus apud Plinium videtur. Oxyacanthus sive spina acuta Dodo. Mespilus sylvestris Castori. II. Verum cum Diosc. pyraastro & Galenus pyro sylvestri similem dicat, alteram adjecimus fi-

mus figuram, quæ melius cum descriptione convenire videtur. Hæc ex radicibus crassis, multis, caudicæ emitit rectum, firmum, cortice subcinereo tectum: qui in multos ramos longos late diffusos brachiat, quos inordinate cingant spinæ validè erectæ, atrociter pungentes, quib. superiores rami sæpe destituuntur: foliis est aliquando rotundiorib. arbuti instar, aliquando ad modum pyrastri oblongis, aliquando etiam acuminatis, in ambitu tamen dissectis, venosis: flosculi ex quatuor & quinque foliolis compositi, parvis pediculis insidentes, acervatim congesti, ex luteo subrubent, ex quorū medio aliquot brevissima stammina prodeunt: his succedunt fructus forma oxyacanthæ vulgaris, rotundi, umbilicati, densius coacervati, ex aureo ad coccineum vergentes, acidi gustus, in quib. grana aliquot continentur. Provenit sponte in sepibus circa Bononiam, in agro item Senensi prope Alcinum montem: & in Alpium gentium Ebrodunensium saxosis convallibus. Sunt qui pro schamno, alii qui pro Pyrocantha ostendant. Ulvam urli Galeni 7. de compos. med. secundum loca, Lugdunensis herbarii auctor censet, Acutæ spinæ nomine Castor Durantes exhibet. Oxyacantham Dioscoridis censemus, & ad differentiam vulgatæ, oxyacanthâ pyrastri folio nominare lubet. III. Crespinus Matthioli oxyacantha Dioscoridis non est sed Galeni (non autem oxyacanthus) id est spina acida, cum non solum fructus sed & folia sint acida ejus nomine ad ciborum condituram usurpata: spina appendix Plinii lib. 24. c. 13. Arabum est Amirberis fructu longo acido, non autem rotundo: unde depravata voce officinis dicitur Berberis, sic & Brus. (cui & spina acuta) Dod. Gal. Lac. Gef. hor. Lob. (spina sancta quorundâ) Lugdun. (quibusdam Colyrea Idæa secunda Theophr.) Lon. Cast. Cam. Oxyacantha Diosc. Hermolao, Ruellio, Trag. Fuch. Cornaro. Oxyacantha Galeni, Cord. in Diosc. Taber. Camer. Crespinus Cæsalpino, qui Ribes Serapionis suspicatur: Spina acida sive oxyacantha Dod. In hortis Italiæ nomine spinæ Christi colitur, cujus folia ratione cultura, multo sunt longiora, spinis dein duplo majoribus flavescentibus, dimidiam stellam efformantibus. IV. Uva crispa (ab intortis & veluti crispis foliis) licet quibusdam Rhamni species, aliis Oefon Candidum Theophr. aliis Vitis precia Plinii censeatur, attamen Ceanothum spinam Theophrasti credimus. Uva crispa, Trag. Fuch. Dod. Gal. & fol. Lon. Gef. hor. Lob. Tab. Uva spina, Lac. Cast. Cæf. Crispina uva, Cord. in Diosc. Ceanothus asper, Gef. hor. Grossularia Thal. Grossularia alba (quod grossorum exiguum imaginem referat) Lugd. Variat, quod domestica frutescat & fructu sit cerasi magnitudine: sylvestris per omnia minor: fructus item maturus flavescit, nonnunquam subrubet. V. Ribes vulgaris, Ribes hortense, Trag. Ribes, Fuch. Lac. Lon. Gef. hor. Taber. Ribes Arabum, Lob. Ribesium fructu rubro & Ribes Serapioni, Dod. Uva urli Galeni, Dod. Gal. Ceanothus levis, Gef. hor. Grossularia rubra, Lugd. Ribes vulgare baccis rubris, Cam. Hæc duplex, communiter in hortis colitur fructu subacido; in montosis tamen Bernensium & Marchionatus sylvestribus sed fructu per omnia minore, baccisq; rarioribus reperitur: habetur & fructu dulci, aliis à vulgari nil differens: sic & illius species quædam rubro flore, foliis & fructu majoribus: in horto Illust. Ducis Wirtenbergici Sturgardiæ baccis habetur unionum instar candidis. Est & fructu nigro, Ammomum quibusdam, majoribus quoque & minoribus baccis varians, Bellonius meminit & Ribes foliis oxylapathi: alia tamen est Rauvolfii figura.

Κυνόβατον.

RUBUS CANIS.

CAP. CVI.

FRutex est arboris instar, rubo longè major. Folia fert multo latiora myrto, robustis circa ramos spinis, flore candido: fructu oblongo, nucleo olivæ simili, qui per maturitatem fulvescit, & flocculos intus continet. Fructus exemptis interioribus floccis arefactus, alvum sistit: servescit enim in vino, mox poti, arteriam infestant.

Rubum
canis non
esse rosæ
sylvestris.

Non equidem putaverim esse Rubum canis illud rosarum sylvestrium genus, quæ rosas edunt iis quadantenus similes, quas Moschette vulgò vocamus, quæq; rubentes baccas rosarum fructibus non absimiles, licet minores proferunt: nec etiam quodvis aliud sylvestre rosarum genus, quemadmodum nonnulli existimant. Nam si ita res se haberet, sat erat Dioscoridi dicere, quod canis Rubus rosæ similis esset, non autem quod arboris instar assurgeret, rubo longè major, quodq; folia ferret myrto latiora, à quibus sylvestris rosæ profecto plurimum dissidere videtur, fructumq; mittere non modò olivarum nucleis, sed olivis ipsis multò crassiorum. In eam autem sententiam non modò me pluries deduxit, sed etiam confirmavit Plin. quandoquidem ipse lib. viii. cap. x. l. i. peculiari nomine rosam sylvestrem cynorrhodon appellat, id est, caninam rosam, non cynosbaton. i. caninum rubum, cujus radicem ad canis rabidi morsum miris laudibus extulit. Quod iterum asseruit lib. xxv. cap. ii. ubi illud etiam addidit, quod apud veteres nil aliud cynorrhodon erat, quàm spongiola illa, quæ mediis sylvestrium rosarum ramis oboritur. Caterum cum de cynosbato hoc est, canirubo idem differeret, eum à rosæ sylvestri longè diversum fecit, ut videre est libro xxiii. cap. xiiii. ubi ait, cynosbaton folio esse vestigio hominis similem. Huc illud etiam accedit, quod posteris scriptum reliquit Theophrastus lib. iii. cap. xviii. de plantarum historia, ubi sic inquit. Canirubus fructum subrubrum parit malo punico similem: est inter arbores & fruticem medius, & punice proximus folio viticis. Ex quibus palam est, non parum inter se habere discriminis canirubum, & sylvestrem rosam, de qua postea libro & cap. vi. particularem tradidit historiam. Ubi cum primum sativas rosas longè persecutus fuisset oratione, de sylvestri ita paucis differuit. Sylvestres rosæ domesticis asperiores tum virgæ, tum foliis constant, & florem minus odoratum minusq; coloratum, nec tanta magnitudine ferunt. Quare pro comperto habetur aliud genus esse rosam sylvestrem à canirubo, quorum alterum *κυνόβατον*, alterum *κυνόρροdon* à Græcis appellatur. Quocirca manifesto in errore fuisse deprehenditur Marcellus Dioscoridi interpret, & commentator: quippe qui idem esse crediderit cynosbaton, & cynorrhodon, non animadvertens, quàm illa inter se dissimilia fecerit Plinius sibi familiarissimus. Hunc forsitan secuti Monachi in Mesuem scribentes, ipsi quoq; in eundem lapsum inciderunt, credentes sylvestrem rosam legitimum esse canirubum. Quibus præterea animo exciderat, Dioscoridem scripsisse rubi canis fructum olivarum nucleis esse similem: quandoquidem ipsi illum pyris compararunt: ex quo aliquis facile judicabit, hos nullam canis rubi cognitionem habuisse. Ad hac non reperio, quod dixerit Dioscorides, canis rubi fructum semen aliquod includere, quo tamen rosarum sylvestrium fructus refertur invenitur: sed lanosum quoddam continere dixit. Accedit his Serapionis auctoritas, qui de canino rubo inter alia rubi genera egit, non autem inter rosas: quod omnino compertum haberet, hunc à rosis quamplurimum differre. Illud insuper addi-

Marcelli
& Mona-
chorum
lapsus,
cynosba-
ton & cy-
norrho-
don idem
esse cre-
dentes,
Serap. de
can. rub.

addiderim, quod cum rose sylvestres ferè omnes non leviter ex albo purpurascant, cynosbato verò flos perpetuò sit candidus, non est legitime asserendum, sylvestrem rosam esse cynosbaton. Ex iis igitur omnibus satis (ut arbitror) liquet, canirubum à sylvestri rosa longè abesse, tantòq; magis, quod memoria prodiderit Theoph. lib. 9. de plantarum historia, canina sentis fructum averso statu colligendum esse, alioqui periculum oculis imminere. Quod aperte demonstrat, super eo vel tenuem quandam lanuginem, vel quid pulverulenti insidere, quod si à vento expellatur in colligentium oculos, faciliè iis cecitatem inducat, quod tamen in sylvestrium rosarum fructibus nunquam visitur. Sed nescio quo iudicio quare auctoritate Cynosbati plantam nasci apud Pelignos & Et Bruscos scribat adversarius quidam, eamq; arborescendere, quum manifestò scribat Dioscorides fruticem esse arboris instar, & posteritati memoria prodiderit Theophrastus, Canirubum medium esse inter arborem & fruticem, malo punicæ proximum. Meminit Rubi canis Galenus lib. 7. simplicium medicamentorum sic inquit. Huius fructus fructus non segniter adstringit, folia verò mediocriter: itaq; particularis ejus usus haud ignotus est. Cavendum ab eo, quod in fructu ejus lana speciem habet, ceu arteria infestum. Frutex in Græcè *νωρόβαρ* & *νο- catur*: Latine, *Rubus caninus*: Arabice, *Sent*: Italice *Rouo canino*.

Rubi ca-
nis vires
ex Gal.
Nomina.

King.

LIGUSTRUM.

CAP. CVII.

Ligustrum arbor est oleæ foliis circum ramos similibus, latioribus, mollioribus & colore viridioribus: flore candido, [muscoso,] odorato: semine sambuci, nigro. Optimum nascitur in Canope, & Ascalone. Folia astringentia vim habent: quare commanducata ulceribus oris medentur: illita febrilis inflammationibus, carbunculisque profunt: decocto eorundem igni ambusta foventur: capillum rufant trita folia, quæ in radicula succo maduerint. Flores ex aceto fronti illitus, capitis dolorem sedat. Cyprinum oleum, quod ex eo fit, odoratum, excalfacit, emollitque nervos, si quæ ferventi natura prædita sint, assumat.

Bergvād.
i. race-
moso leg.
Orib.

I. LIGUSTRUM.



Ligustrum in Hetruria Guistrico corrupta voce vulgus nostrum appellare consuevit: quod inibi etiam aliqui Olivetta, nonnulli Olivella, quidam Chambrossene vulgò vocant. Mauritani verò Alcanna nominatur. Nascitur frequens in sepibus ac nemoribus, secus vias passim in Italia. Floret abeunte vere, & ineunte æstate, flore muscoso, vel (quandoquidem Oribasius legit *βεργβάδ*) racemoso, candido, odore suavi, sed qui decerptus statim flaccescat. Oriuntur ex eo bacca in cacumine racematim coherentes pyramidis modo, hedera bacis minores, leviores ac nigriores, sapore amaro ac injucundo, purpureo intus succo: hæc sua in arbore hyeme ferè tota perdurant incorrupta, quib. aves vescuntur, præsertimq; merula ac turdi. Folia edit oleaginea, latiora, molliora tamen ac viridiora, adstringentis gustus. Virgas habet lentas, flexilesq; solida tamen materie, è quibus cavea sunt ad canoras servandas aviculas, ac virga ad instruendos equos. Sunt qui baccas à Virgilio vacinia vocari putent, sed meo quidem iudicio non rectè planè sentiunt. Quemadmodum nec Fuchsius qui rubi mora, quoniam Græci *βατρία* vacinia esse putat: siquidem vacinium florem non fructum esse pluribus constat. Ceterum in notis Dioscoridis stirpiù nomenclaturis legitur, Hyacinthum vacinium Romanis fuisse vocatum. Ex quo facile crediderim, vacinium Virgilio nil aliud designare quàm Hyacinthum. Neque mirum est, quod Virgilius Hyacinthum vacinii nomine nigrum appellaverit: nam hyacinthus facile cum violis colore purpureo certat, purpureus autem color à compluribus niger intelligitur. Hanc nostram sententiam comprobant Virgilius: quippe qui semper vacinia floribus admiscet, iisdemq; comparat, non autem fructibus. Quod manifestè declaravit in Bucolicis, ubi de vacinio sic cecinit, primo Eclog. II.

Ligustri
confide-
ratio &
historia.

Vacinia.

Fuchsii
error.

Hyacin-
thus va-
ciniu est.

Alba ligustra cadunt, vacinia nigra leguntur. Deinde in eadem:

Mollia luteola pingit vacinia caltha. Item in ultima:

Et nigra viola sunt, & vacinia nigra.

Nec placet præterea Marcelli opinio, qui pluribus comprobare nititur, vacinium esse Irim. Siquidem præterquam quod nunquam legerim Irim in coronas venisse, color non aequè promptè correspondet, quod varius adeò sit, ut non aliunde sibi nomen comparaverit, quam à caelesti arcus colorum varietate. Adde etiam, quod cum Iridis flos omnium fragilissimus caducissimusq; sit, poenit nullo pacto hunc ligustro prætulisset. Quidam Ligustrum eam convolvuli speciem esse autumant, quæ sepibus fruticibus & arbutis se circumvolvitur, ac etiam sepius vitium palis in vineis flore candido, lilii seu calathei effigie, quam ego lavem esse similitudinem nunquam dubitavi: è quorum numero fuit Servius Grammaticus Virgilii commentator Eclogæ secunda Bucolicorum. Nempe falsus (ut arbitror) quod neglexerit in hac historia Plinium consulere, Dioscoridem & alios de stirpium natura differentes. Non desuerunt etiam qui existimaverint ligustrum esse Mauritanorum caprifolium, & sane nil aliud est, quàm Dioscoridis pyxantha seu lycium, non autè periclymenon, ut Ruellio placet: sed isti quoq; à veritate desciunt. Nec in minori sane errore versatur quidā novus Herbarius, quippe qui censeat Cyprum & Ligustrum diversas esse stirpes: idq; tam frivolis argumentis ex Plinio desumptis, ut ea potius contra illū, quàm pro illo faciāt: halucinatur profecto qui nō videt Ligustrum omnib. suis notis referre Cyprum. Provenit enim Ligustrum foliis circum ramos oleæ similibus, latioribus tamen, mollioribus ac viridioribus, gustu adstringenti: quinetiam & flores edit, candidos, muscosos, racemosos.

Marcel-
lus repre-
henditur.
Ligustrū
convol-
vuli spe-
cies Ser-
vio Græ.

Herbarii
cuiusdā
error cy-
prum &
ligustrū
diversa
ceolentis.

racemososq; & fructum nigrum, Sambuci baccis amulum. Præterea si Ligustri facultates expendamus, nullum reperiri posse medicum tam inexpectum crediderim, qui non noverit ligustrum in omnibus præstare viribus, quib. pollere Cyprum scriptum reliquerunt Dioscorides, & Galenus. Atqui Herbario illi venia danda est, quod is noscendis tantum plantis non autem earum facultatibus examinandis operam navavit. Verum videat is quo pacto Plinii verbis suam tueatur sententiam, cum ipse lib. 24. cap. 10. affirmanter scribat, Ligustrum eandem esse arborem, quam in Oriente Cypros appellatur. Patet ratur è Ligustri floribus oleum, in oleo insolutis, quod plurimum præstat ad vulnere inflammationes: valet idem & ad capitis dolorem à bile proveniente. Fit etiam è floribus aqua non inodora, ad ea sane utilis, quæ refrigerationem, & adstrictionem postulant. Eadem pota auxiliatur colicis, dysentericis, & cæteris alvi fluxionibus affectis: uterinas quoq; fluxiones cohibet tam bibita, quam supposita. Datur eadem utiliter potanda sanguinem rejicientibus, sicut oculorum fluxiones, per se, aut cum pompholyge adhibita. Ligustri meminit Galenus lib. vii. simp. med. sic inquit: Cypri seu ligustri folia, summaq; germina in usum veniunt, & facultatis, & temperamenti maxime misti: habent enim quiddam digerens cum aquea substantia modicè calida, habentq; etiam adstrictorium quiddam ex terrena substantia frigida. Itaq; eorum decocto quidam ambusta fovent. Utuntur verò etiam adversus igneas phlegmonas, & carbunculos: nam absque molestia & morfu desiccant. Quinetiam sponte provenientes in ore ulceribus, aphthodesi, & ipsis puerorum aphthi commansa accommoda sunt. Quæq; arbor ista Græci, Latinis verò Ligustrum appellatur. Mauritani. Kenne, Henne seu Hanne: Officinis, Alcanna: Italis, Guistrico, Olivella, Olivetta, & Chambrossene: Germanis, Rheinweiden / Weinhölzlein vnd Mundholz: Hispanis, Alfena, sive Albena: Galli, Du troesne sive Trezillon: Bohemi Ptaci Zob.

Ligustri-
num oleū
& ejus
vires.
Ligustri-
na aqua,
& ejus
vires.
Ligustri
vires ex
Galeno.

Nomina.

Cyprus Dioscoridis, idem ne sit cum Ligustro nostro, & Henne Arabum, ampla est controversia alibi tractanda: hoc in loco duas posuimus figuras: alteram vulgaris Ligustri, alteram Ægyptiaci. I. Ligustrum vulgare, C.B. Ligustrum, Brun. Fuch. Lac. Gef. hor. (cui & phillyrea) Lob. Thal. Tab. Ligustrum, Cyprus, Trag. Cord. in Dios. Cost. Lugd. Cæs. Phillyrea, Dodo. Gal. (& ligustrum Plinii) & fol. Ligustrum majus & minus Lon. Flore est albo, at subluteo reperiri ajunt. II. Ligustrum Ægyptiacum arbor est Li-

II. LIGUSTRUM ÆGYPTIACUM.



ad eadem utilia, ad quæ oleaster, cum astringione est opus: maxime ad oris ulcera commanducata, aut si decocto colluantur: pota urinam, ac menses cient.

Φιλλύρεα. PHILLYREA. CAP. CVIII.

Phillyrea arbor est ligustri magnitudine, foliis oleæ nigrioribus, & latioribus: fructu lentisci, nigro, subdulci, racematim coherente: asperis nascitur. Hujus folia astringunt:

Recentiores Dioscoridis interpretes, ut Hermolaus, Ruellius, & Marcellus Florentinus, Phillyream hic descriptam à Dioscoride, eam esse arborem certò credidere, quæ Tilia dicitur, nimirum falsi nominis similitudine. Quandoquidem tilia Græci φιλύρεα, non autem φιλύρεα, dicatur. Quod cum nullus horum animadvertisset, alter alterum secuti concordēs phillyream tiliam appellarunt, ita Græcum nomen male, meo quidem iudicio, in Latinum vertentes. Quo factum est, ut multis sit persuasum, vel quod Dioscorides tiliam nunquam viderit, vel quod illi à vulgaritilia alia esset longè diversa, utpote quæ omnibus notis tiliæ refragatur. Sed quod Dioscorides tiliam seorsum à phillyrea cognoverit, vel saltē in iis plantis discrimen posuerit, satis perspicuum fieri arbitror in huius libri præfatione circa finem, ubi hæc verba leguntur. Flores, & omnia, quæ jucundum odorem efflant, reponantur in κισσῶν φιλύρεα. Quæ sanè voces Græcæ non solum quod rectè vertantur ab interpretibus, in arcibus tiliacis, sed quod postrema quidem non à φιλύρεα, sed à φιλύρεα, quæ Latinis tiliæ est, deduci possit, abunde declarant, hæc plantas diversas esse in hoc ipso auctore. Porro hinc facile cōprehendē potest, quod illi non solum nomina, sed etiam rem confuderint: nam si tiliam cognovissent, nulli dubium est, quin phillyream Dioscoridis proprio nomine separassent à phillyrea, hoc est tiliæ Theophrasti, quæam lib. iii. cap. x. de plantarum historia

Philly-
rea, &
Tilia cō-
sideratio.

Interpre-
tū Diosc.
lapsus.

I. PHILLYREA.

II. PHILLYREA MEDIA.



III. PHILLYREA ANGV-
stifolia.

IV. TILIA MAS.



storia huius verbum memoria prodidit. TILIA quadam mas est, quadam femina. Distant inter se tum materie, tum totius Tiliæ hi-
corporis forma, & quod altera sit fructifera, altera vero sterilis. Nam mas arbor est magna, patentibus ramis: materies storia,
mari dura, flava, nodosior, spissiorq;: semina candidior: & cortex maris crassior, detractusq; inflexibilis propter duri-
tiam est: semina candidior, flexibilia, tenaxq;, ex quo cistas faciunt, item semina odoratio: & mas sterilis, nulloq; flo-
re est;



re est: femina & florem, & fructum gignit. Flos calycula intectus prater solii pediculum, amentumq; futurum, pediculo altero annexus, viridis dum in calycula est, detectus autem leviter flavus: floret cum urbanis. Fructus oblongus, orbiculatus, magnitudine fabae, similis hederae acino, quinque angulis, veluti nervis eminentibus, inq; acutum, cum sese contrahentibus partitus, qui scilicet majusculus est, minutiusculus autem confusior constat: cum ille majusculus scabatur parvula quaedam, ac pratenuia semina, quanta atriplicis emittit. Folium & cortex dulcia, suaviaq;: solium femina forma hederaeum, nisi quod in angulum acutiorem rotundatur: & quanquam juxta pediculum curvatus, tamen de medio in acutum coactum praeendit, seg, prolixius protrahit, crispum in orbem leviter, atq; serratum. Medullam exiguae materies continet, nec multo reliquo molliore corpore: nam & reliquum ligni molle est: hac de tilia Theophrastus. Maior folia fert lata, oblonga tamen, in quibus sepe omnibus numerosae extuberant bullae, in quibus musca gignuntur, quae tandem arcescentibus receptaculis inde gregarim evolvant. Provenit in sylvis & montibus, saxosis locis. Femina non solum in montibus, sed in plantis quoque provenit, ac in caemeteriis, & adium areis. Quid de marii facultatibus scribam, haec tamen non habeo. Femina adstringit, glutinat, discutit, inspissat, abstergit. Quibus sane notis ad amissum respondens nostra tilia, quarum hic imagines damus. Sed eas, mea quidem sententia, non invenias in phillyrea Dioscoridis: siquidem hac folio constat olea, illa vero hederae: huic fructus lentisco similis, racematim cohaerens, rubens, granis, quae vocantur paradysi, non absimilis: illi vero oblongus, orbiculatus, ad fabam magnitudinem, quinque angulis, veluti nervis, disjunctus, cui intus semen atriplicis instat: quod aperte ostendit earum discrimen. Id etiam declarat tilia proceritas amplitudoq; ac ramorum densitas: nam phillyrea Dioscoridi arbor est pumila, ligustri magnitudine. Et quanquam tradat Plinius, tiliam arborem esse proceritate perquam modica, tamen cum sensibus, & experimento contrarium constet, credendum certe putaverim, Plinium quoque, deceptum propinquitate vocabuli, & Theophrasti philyram, & Dioscoridi phillyream simul confudisse: a quibus facile ea, quae de tilia scripsit, accepit. In quam sententiam hac quoque ratio me deducit, quod Plinius unum tantum speciem, scilicet nostram vulgari tiliam, vires attribuit, quibus pollere phillyream Dioscorides est auctor, prater alias plures, quae ipsi tiliae sunt propriae, quemadmodum fecit & Ruellius illum secutus. Est itaq; phillyrea arbor a tilia utraq; valde diversa, cujus imago, quam hic appinximus, descriptioni haud parum astipulari videtur: sed non ob id affirmare ausim, hanc legitimam esse phillyream, quod ejus bacca subdulces non habeantur. Quamobrem minime eorum sententia subscribam, qui ligustrum de quo superiori capite differuimus, phillyream esse contendunt. Serapio ex Dioscoride transcribens, phillyream MAHALEB appellat. Verum plantam, quam nonnulli Mahaleb vocant, arbor est non admodum procera, foliis tiliae haud longe absimilibus: flores edit albos, e quibus bacca subnascuntur nigra, osculo intus cerasorum paulo minore, in quo nucleus reconditur, cujusq; baccarum nucleis Unguentarii nostri utuntur, ad smegmata odorata paranda, Dioscoridis phillyrea haudquaquam respondere videtur. Siquidem phillyrea Dioscoridi folia habet olea, sed latiora, & baccas racematim cohaerentes: quae quidem nota in Mahaleb, cujus imaginem hic expressimus, longe aliter se habent. Verum etsi negaverim hanc esse phillyream, non desunt tamen argumenta, quae me inducunt ad credendum eandem legitimam esse Mahaleb, de quo Arabes scripserunt, quod videam apud Arabes, quos in eodem capite citat Serapio eorum Mahaleb a phillyrea plurimum facultate differre. Phillyrea enim Dioscoridi adstringit olea agrestis modo. Serapioni vero, Aben mesuai & Rasis testimonio ex calfacit & emollit. Id quod vulgaris Mahaleb nuclei, quorum tantum est usus, manifesto praestant: nam cutis asperitatem, duritiemq; facile tum emolliunt, tum levigant illi, confriptive. Quapropter eos haud aberrare crediderim, qui plantam, cujus hic imaginem damus, Mahaleb Arabum legitimam esse censent. Atqui non parum hoc in loco aberrasse Serapionem animadverto, quod putavit Dioscoridis phillyream ab Arabico Mahaleb nihil differre. Mahaleb arvensis abstergit, attenuat, resolvit & dolores

Plinii lapsus.

Mahaleb a phillyrea discrimen.

Serap. lapsus.

Mahaleb vires ex Avic.

10

20

30

50

60

dolores sedat: ideoq; nuclei contusi utiliter illinuntur iliorum, & dorsi doloribus: id quod magis prestat oleum ex iis expres-
sum: ex melicrato pota, animi deliqui subvenit. Datur quoq; adversus coli cruciatus, & renum calculos. Cateris vero
Arabibus, quorum auctoritate nititur Serapio, ventris tinea pellit, & urinam cit: quæ omnia Mahaleb communis usus
prestare posse non ambigimus. Hujus plantam misit ad me primum Jacobus Antonius Cortusius Patritius Patavinus, rei
plantarie admodum studiosus: & deinde eandem quoq; misit Franciscus Calzolarius Myropola Veronensis ad auream
Campanam, vir quidem medicæ materiæ haud ignarus. Adamus Lonicerus in suo de stirpium historia libro constanter as-
serit, nullam tamen huc allat a ratione, nec auctoritate, ligustrum & phillyream unam & eandem esse plantam: conten-
ditq; caput hoc omnino Dioscoridis spiritum esse. Verum is ideo hallucinatus videtur, quod primum phillyrea delineatio à
ligustro, quod Græcis ὀξυλῆς dicitur, non parum dissentiat: secundò quod non solum codices Dioscoridis Græci, & ii quidem
10 probatissimi, habeant phillyream: sed etiam Oribasii codex manuscriptus, in quem ipse ex Dioscoride simplicia transtulit:
quemadmodum eam etiam habent Paulus & Serapio, qui Arabico sermone phillyream Mahaleb appellavit. Tiliæ cortex
commansus, ac inde illitus vulneribus recentibus agglutinandis efficax est. Folia vero trita, & aqua conspersa pedum tu-
mores discutiant. Humor è medulla castrata arboris defluens capiti illitus capillos reddit, defluenteiq; continet. Aqua è flo-
ribus destillata sua peculiari dote datur utiliter Epilepticis. Ligni carbonem in pulverem tusi, auxiliantur hi qui ab alto
devolvuntur fractis ac contusis. Arbor, quæ Græcis φιλύρα, Latinis item Phillyrea vocatur: Arabibus, Mahaleb: Italis,
Phillyrea. Mahaleb: Mauritanis sic dicta unguentariis: Italis, Machalep. Quæ verò Græcis τιλία, Latine Tilia, pariter
& Italice sive Tejo nominatur: Germanicè, Linden: Bohemicè Ljpa: Gallis Tilleu femelle. Mas verò Tilia, Græcis τιλία
ἐν ἄνδρῃ: Italis, Tilia maschio & Carpino nero: Germanis Stejn. Linden: Gallis Tilleu male.

Adam
Loniceri
error.Tiliæ vi-
ci.

Nomina.

- 20 Phillyream sunt qui eandem cum Ligustro censeant: alii qui Tiliam interpretantur, quæ apud Theo-
phrastum philyra dicitur: at hæc Dioscoridis, videtur à Theophrasto phylia dicta. Genera quinq; Clu-
sius proposuit, de quibus aliis. Quam Matthioli proponit racemosam, ad imitationem textus Diosco-
ridei, nisi racemos haberet, phillyream arborem Gallo provincie Adversariorum, Lobelii & Lugd. her-
barii diceremus. Camerarius una figura tres differentias ostendit, alterâ latis, alteram angustis & tertiâ
medio modo se habentibus foliis, ut nihil obstat Dioscoridis descriptioni folia oleæ latiora Phillyreæ tri-
buentis. Has diversas species & adhuc alias, de quibus in historia, circa Monspelium observavimus, cu-
jus nomine ad Matthioli figuram adjecimus adhuc mediam & angustifoliam: quæ enim II. est, dicitur
Phillyrea Narbonensis Lob. Phillyrea tertia Clusio hisp. Taber. Phillyrea Penæ majus & Alaternus ma-
jor Dalechampi Lugd. Phillyrea media Camer. ad Matth. Cyprus latiore folio, Dodo. fol. Ilatrum, Cæ-
30 salpino: hæc brevis est descriptio: Arbuscula est, viri altitudinem non facile superans, ramosa, cortice
rugoso eoq; candicante: foliis oblongis, integris, acuminatis, firmis, ex viridi nigricantibus, saporis ad-
stringentis: floribus oleæ similibus, pusillis, ex herbaceo candidis, inter foliorum exortus congestis: qui-
bus succedunt fructus racematim inter folia propendentes, rotundi, nigri, magnitudine fructus Myrti,
qui nucleum osseum cortici fragili alboq; inclusum continent. Non longe Monspellulo observavimus,
via qua itur ad stagna. III. quam angustifoliam vocamus, (licet & aliam angustiore humilioremq; ha-
beamus) Phillyrea angustifolia dicitur Lobelo: & Cam. ad Matth. Phillyrea quarta Clus. hisp. & Taber.
Phillyrea minor Penæ, & Alaternus minor Dalechampi, Lugd. Cyprus, Dod. fol. Oleastrum Monspelien-
dum apud ipsos esse, vocabant. Hæc priore humilior magisq; à radice ramosa, ramis minoribus, cortice
nigriore vestitis, foliis salignis, angustis, nigricantibus, amaris: floribus ad foliorum exortus circa ramu-
40 los congestis, candicantibus: quibus succedunt fructus nigri parvis pedicellis infidentes, baccarum Myr-
ti magnitudine, in quibus osseculum durum continetur. In sepibus MonsPELLIACIS legimus. III. Tilia
mas, quæ hic proponitur, ut & à Lob. Lugd. & Tab. Carpinus nigra dicitur Castori: & nobis Ulmus, aut
certè ejus aliqua species esse videtur: aliam enim marem agnoscimus, cujus descriptionem subijcere pla-
cuit; figuram historiæ nostræ addituri: Arbor est crasso caudice, ramosa, materia uti Tiliarum robusta,
cortice lanuginoso, subruffo: foliis magnis, quæ vix rotundantur, ut in femina fit, monente Theophra-
sto 3. hist. 10. sed in acutum angulū desinunt, Mori sativæ foliis quoad formā simillima, eo excepto, quod
profundè sint ferrata, ex virore nigricantia, prona verò parte splendentia, Tiliæ feminae vulgaris, foliis
triplo & quadruplo majora: in qua hætenus nec florem, nec fructum videre licuit. Quam tamen ab annis
septendecim nunc observavi, cum in monte nostro Muteto (quo studiosos singulis annis deducere so-
50 lemus) verè Apollineo ob plantarum copiam, plures sint arbores. Tilia femina non est, nec etiam Tilia
sylvestris Tragi, cui folia multo minora: fortè Tilia mas Theophrasti 3. hist. 11. quam sterilem & nullo
flore esse scribit. V. Tilia femina Plinii seu Phillyra Theophrasti C. B. aliis Tilia simpliciter, aliis Tilia
femina dicitur: ad radices antiquarum Tiliarum sæpenumero extuberantias & excrecentias observare
licet, quemadmodum juxta antiquas quercus uvarum forma reperiuntur. VI. Chamæcerasus petræa.
C. B. Mahaleb, Matth. Cast. Lugd. Cam. Cerasus sylvestris, Trago, Chamæcerasus alia quam Punicè
Mahaleb vocant, Ges. hor. Phillyrea Arabicè Mahaleb, Ges. ad hist. Cordi. Macaleb, Gesneri & Matthio-
li, Lob. Machalepum Tabernæmontano.

Tilia
mas no-
va.

κίτθ.

CISTUS.

CAP. CIX.

60

Cistus quem aliqui citharon, aut cissaron vocant, ramosus frutex est, sed improcerus, a foliosus: sa-
xolis locis nascens: foliis rotundis, b. acerbis, hirsutis, flos t. masculo: ut mali punice, feminae al-
bet. Vis astringens: unde flores in vino austero bis in die poti, profunt dysentericis, & nomas per se il-
lici cohibent: verustati ulcerum, & igni ambustis cum cerato medentur. Hypocistis rhobethron, aut cy-
tinus à nonnullis cognominata, juxta cisti radices nascitur, floris punici similitudine. Quædam rufa, t.
altera herbacea, tertia candida. Liquatur acaciæ modo. Aliqui tamen exiccant, fractamque macerant,
& incoquant, reliquaque ut in lycio prosequuntur. Vires acaciæ habet, verum aliquanto magis sic-
cat & astringit. Prodest dysentericis, cæliacis, sanguinem excreantibus, feminarum profluvio &
pota & indita,

a Meum.
φυσκίς.
i. foliosa.
Cat. verò
ἐν ἄνδρῃ.
i. lignosa.
b Meum
μίσκιν.
nigra, sed
Cat. cum
Ruellio
ερυθρῇ, i.
acerba.
c Catac.
ἀντὶ τῆς
δύσεντ.
i. ut
rosæ,

O

Nascitur



III. HYPOCISTIS.

Cisti &
hypoci-
stidis cō-
sideratio
& histor.

Hypoci-
stis.

Cistus,
hirci bar-
bula.

Fuchsi
error dū
hypoci-
stis fun-
gum pu-
tat.
Hypoci-
stidis suc-
cedanea.
Plinii la-
pus cisti
cum cisto
confun-
dendis.



Nascitur uterq; Cistus, ex aqua radicibus Hypocistis profilit, in pluribus asperis hirci viria locus, & praesertim in Apennino monte. Foemina in collibus aridis ac saxosis: copiosa in agro Patavino. Duum est generum: Alterum mas; alterum foemina. Arbuscula Cistus est pumila, ramosa tamen & foliosa, saxosis ac aridis locis nascent. Mas foliis est rotundis, crispis, acerbis, hirsutis, albicantibus. Flos maris ut mali punici, semina vero albus, & cisti maris longe minoribus, & folia oblonga Salvia amula, albicantia & hirsuta. Hanc rustici Patavini Sylvestrem Salviam vocant Hypocistis vero juxta utriusq; Cisti radices, quinetiam Ladani nascitur, floris punici figura, vel potius Orobanthes fastigiis colore vario. Lignatur Acacia modo: ceterum tunditur recens, elicitur ex eo succus ad medicamenta, & subinde insolat & asservatur ad usum: siccatur enim & potenter adstringit. Quare prohi quidem, ac diligentes seplasiarii omni studio atq; ope niti deberent, ut sibi utrumq; genus cum hypocistide vel ex Apennino ipso, vel aliunde comportaretur: quandoquidem sine legitima hypocistide legitima non possit fieri theriaca, nec praeterea alia quaedam, quae in medicina usum veniunt, antidota ac medicamenta. Namq; hypocistin, quae passim utuntur officina, ex hirci barba radicibus impostores conficiunt, succum inde exprimentes, ac ut concreseat, insolantes. Errandi tamen ac simul imposturam faciendi causam dederunt Arabes, quod cistum hirci barbula appellent. Quo factum est, ut ii omnino aberraverint, qui officinam hypocistidem parant, sibi persuadentes hirci barbula, quam Graeci *ῥαγορῶνα* vocant, illam esse stirpem, de qua Arabes intelligunt. Quo errore ducti non modo seipso decipiunt, sed etiam alios, qui passim adulterina hypocistide utuntur. Atqui Fuchsius in libro de componendis medicamentis, quem secundo edidit, ubi pastillos ex succino perpendit, non sine magno errore (pace viri eruditi dixerim) putat hypocistin fungum esse. Quandoquidem hypocistis non fungus est, sed velut germen, quod cisti radicibus pullulat, effigie ferè punicorum cythnos representans, ut optime sciunt ii, apud quos cisti planta copiose proveniunt. Hypocistidis locum supplere acaciam tradidit Dioscorides, ut etiam habetur in Galenicis succedaneis, quae illius vice uti possent officina, si modo & ea careret adulterio. Potest etiamnum, si desit hypocistis, assumi ejus loco floris agrestis punice succus, quippe qui eadem praestet, quae hypocistis, auctore Dioscoride. Plinius deceptus vocabulorum germanitate ineptè

inepte satis, meo iudicio, commiseret cisti, & cisti historiam: quamobrem non immerito eum damnavit doctissimus Leonice-
nus. Cisti meminit Gal. lib. 7. simp. med. sic inquit. Cistus aut Cistarius frutex est gustu adstringens, omnibusq; particu-
larum operibus, Attamen folia & parva germina trita aded desiccant, adstringuntq;, ut vulnera glutinare valeant. At
flores sunt magis efficaces, adeo ut cum vino poti dysenterias, ventris imbecillitates, fluxusq;, ac humiditates sanent: cataplas-
matis rictu illita ulcerum putredines ajuvant. Est enim eorum facultas non instrenue desiccans, sereq; secundi excessus
a temperatis absoluti: adeo vero frutex hic frigidus est, ut repidi caloris sit particeps. Porro Hypocistis, quam vocant, multo
est magis astringens quam folia, admodum efficax remedium ad omnes fluxionum affectus, puta sanguinis reiectiones pro-
fluvia muliebria, celiacos, dysentericosq; affectus. Quin si quam partem roborare consilium sit, quae videlicet plusculo hu-
more exoluta fuerit, robur ac firmitatem illi non imbecilliter addit. Sic sane stomachicis epu hematis, hepaticisq; commi-
scetur. & ex viperis confecto antidoto inditur, nimirum, quo corpora confirmet ac roboret. Frutex Kigor, nida per aut nida-
gor, Græcis dictus, Latinis quoq; Cistus appellatur: Arabibus, Ramier, Altheis seu Ibaie altheis: Italis Cisto: Hispanis Cergua-
cor: Cistus foemina, Græcis Kigor & Eddys: Italis Cisto foemina: Patavinis Salvia salvega. Hypocistis vero sic Latina voce,
quemadmodum vnamus, Græce dicitur: Arabice, Taratib: Italice Hypocisto: Hispanice Pultegras.

Cisti &
hypoci-
stidis vi-
res ex
Galenio.

Nomina.

† Hæc dictio non legitur in Græcis codicibus. Sed eam huc ad clariorem (ut puto) sensum ex Plinio transtulit Ruel-
lius: quod verbum illud à Dioscoride studio fortasse brevitate omisissim, satius addendum esse duxerit, quam subintelligen-
dum, quod etiam Hermolaus fecit.

† Nil mirum esse debet, quod Plinio duo tantum hypocistidis genera prodantur, coloribus rufo & candido distincta:
quandoquidem is duntaxat Oribasius quoq; contentus fuisse videtur lib. 12. ubi genus $\chi\alpha\sigma\pi\epsilon\rho$, hoc est, herbaceum, ut vul-
gati codices habent, non legitur.

20

Kigor Gaza apud Theophrastum 6. histo. interpretatus est Hederam, quia $\kappa\iota\gamma\sigma$ pro $\mu\epsilon\gamma\sigma$ (ut multa
exemplaria habent) legit: quæ forte causa fuit Plinio, ut lib. 16. $\mu\epsilon\gamma\sigma$ cum $\kappa\iota\gamma\sigma$ confuderit, quod recte Le-
oniceus ostendit, licet Collutius & Polutianus pro Plinio pugnent. Cisti duo genera facimus, Cistum
non ladaniferam, & Cistum ladaniferam: illius duo genera, mas & foemina: maris genera quinque; Clusius
hist. Hispanica proposuit, quæ inter se foliorum forma, aut colore florum rubro, nunc saturatiore, nunc
dilutiori differunt. Foeminae plures species, aut elatior est & rectis virgis fruticat, aut supina est: rursus ut-
rumq; genus colore floris variat, vel candidus est, vel luteus. Ad foeminam communem, novem adhuc
species Clusius refert, nam cum florem roseum aut purpureum non habeant, qualem in mare requirit
Dioscorides, recte ad foeminam referuntur. His adjicit Cisti speciem Lobelus & exoticam Cistifoliam:
sic & Clusius hist. Pannonica Chamæcisti quatuor proposuit differentias. I. Cistus mas Matthiolo Lac. Ci-
stu: masculus, Lonic. Cistus mas foliorum rotundior Matthioli, Lug. forte cistus mas quartus Clus. hist.
hisp. At Matthioli in suis editionibus, diversas proponit icones: inter magnas enim figuras habet Ci-
stum, cuius folia ex rotunditate oblonga sunt, inter minores hanc proponit foliis rotundis, procul dubio
imitari volens Dioscoridis descriptionem, qui talia in Cisto requirit folia. Cum verò talibus foliis ma-
rem hætenus non viderimus, sed oblongis, apofuimus figuram talem sub Hypocistide. Dicitur Cistus,
Dodo. Cistus mas, Lob. Cam. Cistus mas primus, Clusio & Lugd. Cistus mas latifolius, Tab. Cisti alte-
rum genus Cæsal. II. Cistus foemina Matthioli, at maioribus floribus cæteri pingunt, sed nolumus
commentatori sua mutare. III. Hypocistis dicitur id quod ex ipsius & Cisti & Ledi radice medio pul-
lulat: Limodori genus vocat Dodonæus. Reperitur rubra, flava, pallida.

Cisti ge-
nera.

40

$\Lambda\delta\alpha\lambda\alpha\upsilon$. LEDUM. $\Lambda\delta\alpha\lambda\alpha\upsilon\sigma$. LADANIUM. CAP. CX.

Est & alterum cisti genus, Ledon à nonnullis appellatum, frutex simili modo nascens, longiorib. fo-
liis, & nigrioribus, quæ verno tempore quiddam contrahunt pingue. Foliorum vis astringens, ac e-
osdem, quos Cistus, effectus præbens. Fit ex eo quod Ladanum dicitur: siquidem cū cisti frondes pascun-
tur capræ, hirciq;, pinguitudinem conspicue barba carpunt, & suo lentore villosis cruribus adherescen-
tem reportant: quam depeccantes incolæ colantesque, cogunt in offas, & ita recondunt. Alii vero at-
tractis funiculis, insidentem fruticibus lentorem abstergunt, conclomerantque in Ladanum. Maxime
probat odoratum, subviride, a facile mollescens, quod arenas non collegit, nec squalore oblitum est,
resinosum, quale in Cypro gignitur. Arabicum verò, Lybicumq; vilis. Natura ei spissandi, calfacien-
di, molliendi: ora venarum patefacit: capillum fluentem continet, addito vino, myrrha & myrteo oleo:
cicatricibus decorem reddit, cum vino illitum: medetur aurium doloribus, cum hydromelide aut rosa-
ceo infusum: suffitu secundas ejicit: pellis immistum vulvæ duritiem sanat. In medicamenta, quæ au-
rium dolorem, tumumque hniunt, & malagmata utiliter inferitur: alvum sistit cum vino vetere potum,
& urinam ciet.

Meum
& Cat. in-
mad. m. l. e.
l. m. l. e.
l. m. l. e.
l. m. l. e.
l. m. l. e.
l. m. l. e.
l. m. l. e.
l. m. l. e.
l. m. l. e.
l. m. l. e.

Ladanum, quod vulgo atq; appellant Laudano, alii verò Odano, tametsi plerumq; impostorum malitia adeo fabulo, &
Ladani
consider.
Ladani
usur.

LEDUM.

Oleum
ex Lada-
no quo-
modo pa-
retur.

Ladani
vires ex
Galeno.



bus. Consolidat antiqua ulcera, emplastri modo impositum. Purgatur Ladanum calore remollitum, & vino albo, & aqua rosacea deinde pluries elotum. Expeditur ita purgatum ad globos qui parantur adversus pestilentem auram. Ambaro, Moscho, Caryophyllis, Santalo & Agallocho additis. Paratur ex optimo pinguiq; Ladano ab unguentariis oleum odoratum hoc modo: Sumunt Ladani praestantissimi libram: secant in tenuissimas portiones, & in aereo cacabo collocant, superadduntq; deinde aquae rosarum senas uncias, & amygdalini olei dulcis uncias quatuor, posthac igni haud magno admovent, fervere cernunt sequebora: posthac tollunt, & toties percolant, quousq; clarum fiat. De Ladano plura memoria prodidit Galenus libr. 7. simplicium medicamentorum, sic inquit. Cistus aut Ladanum: in calidioribus regionibus hic Cistus proveniens, tamen si haud alius sit genere, quam qui apud nos nascitur: eximiam tamen a regione ac peculiarem, digerentemq; caliditatem nactus est: atq; utroq; a nostrate differt, tum quia frigiditatem deposuit, tum quia calorem assumpsit. Itaq; cetera quidem huius cisti, illi quae in nostrate visuntur, similia sunt. Verum Ladanum, quod vocant, ex eo rovent, medicamentum primo excessu jam quodammodo complete calidum, ut videlicet & secundum attingat, habens etiam adstrictionis paululum. Adhuc substantia tenui, ac proinde emolliens sive malacticum, pariterq; moderate digerens, ac videli. et etiam concocquant, hoc est, concoquens. Emollit, digerit, concoquit, venarum ora patefacit & spissat. Itaq; mirandum non est, si peculiariter ad uteri vitia conveniat: quandoquidem ad dicta paulum quiddam adstrictionis obtinet. Quocirca diffuentes capillos retinet. Nam quicquid ad radices eorum pravi humoris sederit, id omne absorbit: tum meatus, quibus infixi sunt, contrahit & constringit adstrictione. Ceterum alopecias & ophthalmias sive lippitudines, sanare non potest, utpote magis discussorias vires, quam

qua Ladano insunt, poscentes: quippe proveniunt haec ex pravis succis, lentis crassiq; quos secantia ac digerentia medicamenta potissimum evocant atq; evacuant. Ceterum tenuium partium sint facultatis oportet, & minime astringentis: non tamen usq; adeo tenuium partium, & desiccatoriae, ut nimio plus desiccet, unaq; cum collectis imbi succis praefer naturam, naturalem quoq; humiditatem incrementa pilis suppeditantem absorbeat, nam sic non tantum alopecia liberabunt, sed & calviciem afferent. Sed haec ad curandi rationem pertinent. Arbuscula, quae Graece λένδα, Latine similiter Ledum nominatur, Arabice Chafus. Quod vero λένδα Graeci, Latini item Ladanum vocant: Mauritaniam, Loden sive Loden: Itali Laudano & Odano: Hispani, Xara.

Cistus Ladani fera vel Ledum: Galeno cistus aut ladanum: Plinio Lada. Recentioribus Ledum & Cistus ledon. Huius genera decem Clusius hist. Hisp. proposuit: quibus tria adhuc Lobelus addit, & historia Lugdunensis, his omnibus & aliam nomine Ledi Bauhini adiecit. Ladanum verò, sive officinarum Laudanum, lenta est resinosa & odorata pinguedo, foliis & ramis Cisti ledi adhaerens, quae inde colligitur diversimode, qua de re Dioscorides, Plinius, Hermolaus & Bellonius.

Ebenus.

EBENUS.

CAP. CXI.

Ebenus optima habetur Aethiopica & nigra, nullos habens a venarum discursus, facit cornu laevore: cum frangitur, densa apparet, mordens gustu, atque astringens. Sufficit jucundo odore supra carbonem, sine fumi taedio. Recens autem ad ignem prolata, ob pinguitudinem accenditur, & trita ad cotem rufescit. Altera est Indica, & internatis segmentis candicantibus, & modice fulvis, item frequentibus maculis: ceterum prior bonitate antecedit. Apud quosdam sesamina, aut spinea ligna con similia pro ebeneo vaneunt. Quod discernitur ex eo, quod fungosa sunt, & in purpureas allulas resolvuntur, nihil mordacitatis in gustu, nec redolentiae in suffitu praefereant. Caliginem oculorum absterget: ad veteres destillationes, pustulasq; mirum in modum pollet: si quispiam facta ex eo cotica colliriis utatur, melius proficiet. Ad oculorum medicamenta efficax est, si scobes, ramentave vino Chio, die noctuq; macerata, in collyria digerantur. Nonnulli praeterita ipsa excolant, reliquaq; eundem in modum peragunt. Alii pro vino aqua utuntur. Uritur in fictili novo, donec in carbonem redigatur. Lavatur plumbi ultimi modo, & ita siccis, scabrisq; lippitudinibus conducit.

Redidit Theophrastus in India tantum nasci Ebenum lib. 4. cap. 5. de historia plantarum, ubi sic habet. Ebenus quoque, ejus regionis vernacula est. Huius duo genera constant: alterum materie laudatum pulchrumq; alterum vile & vitiatum. Rarum, quod praestantius: reliquum permultum habetur. Colorem commendatum, non recondita, sed statim sua natura capescit: haec Theophrastus. Quod etiam sensisse videtur Virgilius in Georgicis lib. 2. ita canens: -- sola India nigrum

Fert ebenum, solis est ethurea virga Sabaeis.

Plinius etiam lib. 12. cap. 4. Ebenum nusquam alibi, quam in India nasci scriptum reliquit: nec eam tamen Indiam universam mittere, sed exigua sui parte gigni, praeter quoddam fruticosi generis cyrifi modo, in tota India dispersum. Herodotus verò (eodem auctore) Ebenum Aethiopiam solam ferre intellexisse videtur: quippe qui de Indica nullam fecerit mentionem. Veruntamen ex hoc Dioscoridis capite palam est, nasci Ebenum in ambabus huius regionibus. Indi quidem non nisi ex ebene

Deorums

a Meum
b Meum
c Meum
d Meum
e Meum
f Meum
g Meum
h Meum
i Meum
j Meum
k Meum
l Meum
m Meum
n Meum
o Meum
p Meum
q Meum
r Meum
s Meum
t Meum
u Meum
v Meum
w Meum
x Meum
y Meum
z Meum